
Harvey Cushing

c. 83 ru

In Aristotelis Libros

De

Generatione, Corruptione et

De Anima

Disputationes habitæ

A P. Clemente Silvestrio Soc. Jesu

Ad usum Annibalis de Simonettij

Firmi A. D. 1631.

[illegible]

In Libros
De Generatione et Corruptione
Proemium

Sicut tria concurrunt ad scientiam, principia subiecti, subiectum ipsum, et passiones, ita ab his tribus discendi traditae scientiae partes sortiuntur. Ita sunt a principiis sibi assumpsit libros de [illegible] et de partibus animalium: a subiecto ipso assumpsit libros de Caelo, Meteororum, de plantis &c. A Passionibus sibi assumpsit libros de gen[eratione] animalium, de sensu et sensibili, [de somno] et de vigilia, atque hos libros quos hoc anno favente Deo ac Virgine explicaturi sumus, de Generatione, et Corruptione. Ponimus autem multis, ut brevius procedamus, pro hoc explicandum nobis est an detur Generatio, et Corruptio substantialis.

Disputatio 1.a
Quaestio 1.a

An detur Generatio substantialis

Anaxagoras, Empedocles, Democritus et Leucippus negarunt dari in rerum natura generationem et corruptionem substantialem, eo praecipue innixi fundamento quod unicum tantum esset principium rerum [illegible], vel si sint plura [illegible] esse [illegible], et corpora quaedam quae prout inter se congregabantur, vel separabantur, dicebant transmutationem non quidem substantialem, ita ut unum deperiret esse, et aliud de novo substantialiter generaretur, sed solum dicebant transmutari tantum accidentaliter, et tantum accidentales qualitates; verum ergo idem tollebant e rerum natura generationem substantialem, et solam admittebant alterationem, quae ipsis [illegible] differt a generatione, quod alteratio terminatur ad accidentalia, generatio vero ad substantiam: fundamenta horum Philosophorum melius afferemus infra, et solvemus.

Alteratio differt a generatione

Dico esse dari generationem substantialem. Probatur ex Aristotele [illegible] et [illegible] his quatuor capitibus [illegible] libri de generatione [illegible] 2. ex iis quae diximus in [illegible] Physica, omnia corpora naturalia necessario constare ex duobus principiis distinctis, nempe forma et materia: quae materia ut primum subjectum ex quo fiunt omnia est ingenerabilis et incorruptibilis; forma vero rebus est generabilis et corruptibilis cum educatur vi agentis naturalis de potentia materiae: haec autem eductio formae quae unitur materiae et actus sit tota, est mutatio substantialis, nempe ex applicatione formae orta ad ipsam formam, et ad ipsum compositum quod resultat ex materia, et forma simul

ac:

unita, g.º datur gen.º et corr.º substantialis, quod est istorum in-
dubitatum, nihil aliud est, quam mutatio formae in
materia, seu quando educitur de pot. mat. et cum
illa unitur nova forma, ipsa materia mutatur, et tran-
sit a[d] g. et non ipso in ipsum g.

Pr. 3.º multis experientiis, quibus n. negat generationem animalium
visitur. Semper si granum tritici terrae committatur cer-
nimus putrescere et corrumpi, atque ex corrupto pullu-
lasse spicam, in qua reperiuntur nova grana distincta
ab ipso grano corrupto sua accidentia et operationibus sub-
stantiis g.º dat. gen.º et corr.º substantialis.

Confir. quia videmus post similes mutationes mutari
certas proprietates, s.º signum est mutari etiam sub-
stantias seu formas ex quibus illae proprietates emana-
bant. Resultans mutantur effectus, ob quem causa etiam
g.º facta est etiam mutatio sic substantia et in forma.

Obi. corpora naturalia non sunt composita ex materia et formae
sed ex partibus componentibus, sed illorum simplex est
substantia, si ergo simplex substantia g.º vel tota desinit et
corrumpitur vel tota de novo generatur. Si tota de-
sinit g.º annihilatur, si tota generatur g.º fit ex
nihilo fieri, sed illa natura sed sponte, vel annihilari vel
ex nihilo creari, g.º impossibile est dari in re. vera ge-
neratio et corruptio substantialis.

R.º neg. ma. corpora n. naturalia constant ex materia et forma
quia patet ex experientia deficere in corruptione potiones
et proprietates, quae a forma tanquam a ra-
dice procedunt, g.º datur forma in sic composito
composito; rursus quando deficit forma, necesse est ali-
quid remanere, s. materiam, quae est ingenerabilis, et

in-

incorruptibilis quando corrumpit aliquid in hoc
ab hac dissolutione de hac forte loquens de p.ª ma-
mata: sunt ergo res naturales constant ex mata et forma
argumentum [illegible] nullam habet vim.
Dices, si res naturales constant ex mata et forma, adhuc non
pot dari genero, quia non pot dici quod res compo-
sita de novo generetur, nisi generentur de novo omnes eius
partes, sed una pars, nempe mata est ingenerabilis, ergo non
pot dici quod totum de novo generetur.
Rº ad hoc ut dicatur aliquod totum de novo produci,
necess. non est quod omnes eius partes de novo producantur
patet hoc in resurrectione, in qua verum est dicere
hominem de novo incipere esse qui prius non erat, licet
prius essent partes illius, nempe anima, et materia
corporis; ita etiam generatio; licet eo non generatur
mata cum quae creatur a Deo [illegible] ut possit dici
quod generetur totum, satis est quod [illegible] eductione forma
[illegible] ex mata, et unione eiusdem formae cum mata
fiat aliquid totum quod prius non erat, ut p. ligni
[et] ignis.
Obiic. 2. si generatur substa quae est ens simpliciter, ergo
debet generari ex non ente simpliciter, cum quodlibet
debeat fieri ex suo opposito, sed ex non ente simpliciter
non pot aliquid generari, quia non ens simpliciter est
nihil, et ex nihilo nihil fit, ergo non pot dari
genero substa.
Rº dist. mai. substa debet generari ex non ente simpli-
citer, ita ut illud non ens simpliciter neget omnem
entitatem, neg. ita ut neget ens in tali compositione
x forma, ergo generatur ex mata, quae pot di-
ci

ens non est simpliciter, quia est simpliciter dr
forma et compositum, licet natura sit, et habeat
propriam existentiam ut diximus in Physica

Obstat alter. si generat substantia vel generat sub essentia, vel
sub existentia, non sub essentia, quia essentia supponit de esse
si sub existentia, cum existentia sit extra essentiam substantia
vel erit accidens, vel modus substantialis, ergo solum generet
accidens, vel modus substantialis, non autem substantia

R. generat substantiam sub essentia et sub existentia, non n.
distinguitur essentia ab existentia, ut videbimus in Metaph. Di-
citur essentia aeterna, sub illam connexionem praedicatorum
essentialium, semper n. verum est dicere homo est rationalis,
caeterum sola n. natura, cum sit independentia cum
existentia, ideo essentia n. nisi et existentia generatur. Existentia
vero de accident. Metaphysice. Cum plura nequeunt con-
cipere advenire essentiam realiter in loquendo, essentia et existentia
identificantur

Essentia non distinguitur ab existentia

Manebat igitur... dari in rerum natura generationem substantialem.

Quaestio 2a

Quid sit Generatio

Ad tollendas aequivocationes, sciendum est multipliciter
accipi generationem, etiam ab Aristotele, 1o pro introductione cu-
iuslibet formae, etiam potentiae naturae accidentalis, quam
significationem adeo largam Aristoteles hic textu 23.
Dixit ad generationem substantiam est generationem simpliciter, ac-
cidentalem vero secundum quid. 2o generatio accipitur pro
introductione formae, quatenus connotat praeviam al:

alterationem quae fuit dispositio ad eandem formam
atque in hoc sensu Philosophus textu 4.° Physicae textu 34.° as-
signat ad generationem maiorem et minorem velocitatem
cum tamen generatio accepta pro ipsa introductione formae sub-
stantialis fiat in instanti, dum ibi assignat generationi maiorem
et minorem velocitatem signum est quod loquatur Aristoteles
de generatione ut concepta cum praevia alteratione. Tandem
sumitur proprie solum pro introductione formae substantialis
in quo sensu hic sumitur Aristoteles textu 23.°, et ut ex-
acto hic disputamus quid sit.

Generatio est mutatio totius in totum

Prima est generatio sic definita ab Aristotele, ut colligitur hic
ex textu 23.° Generatio est mutatio totius in totum
nullo sensibili remanente ut subiecto eodem.
Dicitur mutatio, loco generis, nam in hoc convenit generatio cum
alteratione, et augmentatione. Rursus dicitur mutatio quia
quae requiruntur ad mutationem, requiruntur etiam ad ge-
nerationem. Ad mutationem requiruntur tria terminus
a quo, subiectum, et terminus ad quem, et ideo haec
tria explicat Aristoteles in definitione generationis, dum enim dicitur muta-
tio totius, innuitur et explicite dicitur terminus a quo
dum dicitur in totum, explicat explicite terminum ad
quem, subiectum vero non explicat explicite, sed so-
lum implicite, et 2.a ratio per illa verba quae expli-
cat primo terminus a quo, scilicet mutatio totius, ratio
est quia cum terminus a quo corrumpatur et
non redigatur in nihilum, consequenter debet rema-
nere aliquid quod recipiat postea sub termino ad
quem, hoc autem est subiectum scilicet materia, unde quia
non potest fieri generatio, ex nihilo enim nihil fit: unde
vero debeat esse hoc potentia generis explicat postea

fit

p. verba sequentia, nullo sensibili remanente et
spectio eodem

R̃, in hoc non cum autem terminus simpliciter sumptus sit illud quod est ante ut sic, i. compositum sub: stale, contrat terminus ad quem genis debere esse compositum substale, in hoc ñ distinguitur gene: ab alteratione. Et licet terminus à quo genis sit etiam compositum substale, tn est ista differentia, quod terminus ad quem i. compositum substale sit de conceptu intrinseco genis, at vero terminus à quo i. compositum substale non per se requirit ad genem, cum sit genis terminus à quo privativus. Patet hoc ex Arist. 5. Phis. textu 7. ubi in definitione genis non ponit terminum à quo positivum, sed privativum, et eam dixit genem esse mutationem ex non subiecto in subiectum i. ex non ente simpliciter in entem simpliciter, et non subiecto in subiectum, et 8. Phis. textu 62. dixit genem esse mutationem de non ente ad ens i. de non ente simpliciter ad ens simpliciter, ubi videtis ab Arist. assignari terminum à quo genis privativum, et non positivum. Ad hoc patet etiam ratione, quoniam v. g. quod aliquis in prima materia caret omni forma substali si in illa introduceret ab agentis natura aliqua forma, profecto illa esset vera et propria gene, et tn non haberet terminum à quo positivum, sed solum privativum, ergo terminus à quo per se et necessario requiritur ad genem est terminus privativus, et ñ positivus. Et videtis quam dudum hac de re in Phis.

Dices, quamvis tales definiant genem per terminum à quo positivum, si hic non est per se requisitus, dixit

Forma est illud quod est ante.

n. Aristoteles est mutatio totius in totum

R. Aristoteles definivit generationem per terminum a quo positivum quia est notior, 2° quia definivit generationem quae de facto datur in rerum natura, haec autem semper habet terminum a quo positivum, nam ignis fit ex ligno et fenis: ergo dictum est, generatio est mutatio qualiscumque totius i. compositum substantiale transit in aliud compositum substantiale, et quia illud totum quod transit in compositum substantiale non adaequat privationem illius compositi ad quod transit, ideo Aristoteles implicite explicavit terminum a quo generis debere esse privationem. Generatio ergo sub ratione mutationis substantialis est transmutatio, nimirum a privatione formae substantialis ad formam substantialem, et ideo Aristoteles textu 25° definivit generationem esse transmutationem de potentia substantiae ad aliam substantiam, i. a termino a quo privativo, ad terminum ad quem positivum.

Generatio est transmutatio de potentia

Respondent alij ideo Aristotelem assignare generationi terminum a quo positivum, quatenus generatio est conversio. Ad conversionem autem requiruntur quinque conditiones. 1a est ut id quod convertitur desinat esse, et ideo S. Augustinus 8° de Civit. cap. 18° ait non fuisse veras conversiones illas transmutationes quas celebrant poetae v.g. Arcadum in lupos, Iphigeniae in cervam et quia id quod dicebatur transmutari non desinebat esse. Requiritur ergo ut id quod dicitur converti desinat esse vel secundum totum substantiam, ut cum tota substantia panis et vini convertitur in corpus et sanguinem Christi. Ubi talis autem conversio fieri solum potest virtute divina vel requiritur ut desinat esse secundum partem i. secundum for-

mam

quam, vel quo ad esse, vel quo ad informationem.

2.ª Conditio, ut id in quod dicitur fieri conversio aliquo modo incipiat esse, vel habendo novam dependentiam vel novum modum ab alio. Sic, quia si Deus converteret in aliquid aliud, id quod conversionis anihilatur, non debet converti in aliquid aliud, sed hoc non est necesse, ut ille de novo incipiat simpliciter esse, nam corpus Christi, in quod convertitur panis, non accipit novum esse simpliciter, cum prius fuerit, sed accipit novum modum essendi sacramentaliter cum dependentia a speciebus sacramentalibus.

3.ª Conditio, ut conversio sit semper inter duos terminos positivos, et sit transitus a termino a quo positivo, ad terminum ad quem positivum.

4.ª Conditio, ut sit connexio quaedam, et dependentia inter desitionem termini a quo, et successionem termini ad quem, quia aliquando desitio unius esset pura anihilatio, et successio alterius pura creatio, ut si Deus anihilaret lapidem, et loco illius poneret suis creatis hominem, non esset conversio, quia anihilatio unius nullam habet connexionem cum creatione alterius.

5.ª Conditio est ut detur aliquid commune s. medium inter utrumque terminum a quo et ad quem, atque hoc illud est quod facit connexionem inter utrumque terminum.

Quoniam igitur conversio substantiae, quae de facto datur his omnibus conditionibus, vestita conversio est, fuit ab aliis definita a termino a quo positivum, cum dixit mutatio totius, nam cum ex ligno fit ignis,

fe:

ecce 1a conditio cum desinat esse lignum, et cum incipiat esse ignis ecce 2a conditio; rursus cum sit transitus ex ligno ad ignem, et uterque terminus sit positivus, ecce 3a; rursus cum sit contrarietas quaedam inter desitionem ligni, et successionem ignis ecce 4a, tandem quia manet communis materia sub utroque termino, ecce 5a et ultima. Dices igitur datur specialiter generatio inter terminos positivos, quia generatio, quae de facto datur, semper est inter terminos positivos, et sub omnibus conditionibus conversionis.

Dices, generatio est productio, quae non est mutatio

Rº. est productio et aliquo alio s. ex subiecto, ac proinde est etiam mutatio subiecti: adeoque eadem actio, est mutatio subiecti, et productio termini, sicut eadem actio est actio, passio, et motus.

Quaeres, quomodo totum dicatur mutari cum totum non remaneat sub utroque termino nam lignum quando fit ignis non remanet cum termino ad quem s. cum igne.

Rº. quando totum dicitur mutari, accipitur totum prout est subiectum denominationis, totum s. lignum denominatur mutari, tantum ratione informationis, in qua s. iacet, et recipiens mutationem est ipsa materia quae transit ex termino a quo ad terminum ad quem.

Rº 2º dicitur totum mutari, quia mutatur materia quae est pars illius totius, ratione cuius quod convenit parti tribuitur toti per figuram synecdochen, ut loquitur S. Thomas 3a parte quaest. 75a art. 8º; ubi etiam probat, quod quando dicitur aerem fieri aquam, potius etiam dicitur aerem mutari in aquam, non tamen est locutio adeo propria, sicut cum dicitur album fieri nigrum.

quae

pene a signat quod illud quod hic albedinem v.g. ligni transeat ad habendam nigredinem, et sic idem subiectum demonstrabile sub utroque termino: quando vero dicitur aer transiit in aquam, solum dicitur coniunctio partis materiae, quia aer simpliciter sumptus non manet sub utroque termino, cum non maneat sub eius aqua.

Obiicies: definitio generationis convenit etiam a definito, quod est bona, ut panis, conceptis conversioni Eucharisticae, quia species convertitur in corpus Christi, non in conversione Eucharistica, terminus mutatur in formam sensibili, sed etiam ergo.

Respondeo: 1a. concedo definitionem generationis non convenit conversioni Eucharisticae, nam semper exigit ut idem subiectum maneat sub utroque termino at in conversione Eucharistica, et materia, et forma panis penitus convertitur in corpus Christi, quod non manet eadem tota sub utroque termino.

Obiicies 2o. definitio generationis non est adaequata toti definito quod non est bona, sed est dari aliquid genus quod non petit mutationem, ergo definitio generationis non convenit omnibus generationibus, probatur: Verbum divinum dicitur generatum a Patre divino et tamen verbum non potest mutari. 2o. aer quia Deus in principio creavit caelum et terram fuit vera generatio et tamen non fuit mutatio, nam mutatio requirit ut aliter se habeat ante ac se habet postea, at in productione caeli et terrae, cum materia prima non aliter se habuit ante productionem formae ac se habuerit postea, quia ut diximus in libris de caelo materia prima non praecessit tempore formam sed in ordine simul creatam per Deum

ere=

creauit materiam primam et ex illa etiam eduxit formam coeli et terrae etc.

R.º neg. ass. Ad probationem dico, uerbum diuinum dici genitum a Virgine per comunicationem idiomatum, quatenus scilicet humanitas eius persona, quae Deus est, genita est ex Virgine. Verbum secundum non est aliquam in ea [illegible] ... [illegible] non [illegible] ... qua mutatum est uerbum, et qua mutatum est [illegible] ... a forma ... transijt ad ... Christi ... ad formas particulas, sub quibus datur caro Christi.

Ad 2.um dico ... definitionem ... quod sit ad ... quod ... praeexistentem ... forma, ac proinde [illegible] ...

Dices: hoc dicto conuenit etiam resurrectioni et tamen resurrectio non uidetur esse genio.

R.º bene ass. ... non ... in hominem, non ... resurrectio est genio qua est mutatio ... in ... ut ... Ad ... resurrectionem appellauit ... ego hodie genui te; quae uerba S. Paulus de resurrectione Christi aliquando interpretatus est.

Quaeres, quis nam sit terminus ad quem genis.

R.º dupliciter considerari potest genio, uel ordine intentionis, uel ordine executionis; si loquamur de ordine intentionis, dico compositum esse terminum ad quem genis; si uero loquamur ordine executionis, forma cum unione est terminus genis p.ius

Terminus genis est compositum.

gene-

generat.º esse forma, et generat.º compositum sim:
pliciter tamen dr.º generari compositum, tum quia for:
ma qui modus loquendi coincidit cum illo quem
adhibent alij dicentes formam generari ut quo, com:
positum vero ut quod. Colligitur hoc ex D. Thoma
p.ª parte quæst. 45.ª art. 4.º, quia nimirum ge:
nerari, est esse terminum genis, sicut quod idem
est, generari est quoddam fieri alicuius a genere, si:
cut simpliciter denominatur generari, quod est simplici
ter terminus genis et per illam fit, simpliciter autem
terminus genis qui per illam fit est compositum sub:
stantiale, quod simpliciter intenditur a natura, unde vocat.
dr.º generari ignis aut aqua. Arist. hinc Arist. p.º
Physicor. textu 64.º et 7.º Metaph. textu 22, et
alibi dicit non generari formam sed compositum, nam
licet forma vere generetur, tamen quia est terminus genis
ut quo, compositum vero est terminus ut quod,
ideo simpliciter dr.º generari compositum quod
intenditur ut finis a natura

Quæres cum in genere composit. substantialis duæ interve:
niant actiones sec. nostram sententiam explicatam in Phys.
altera quæ eductio formæ ex materia, altera quæ unit
formam materiæ, et fit compositum, an s. genio consistat
in p.ª vel in 2.ª actione

R.º utraque genio consistit, et requiritur ad compositum
substantiale, nam generat.º forma et generat.º compositum
respectu formæ genio consistit in eductione formæ ex
materia, respectu vero compositi consistit in actione
unitiva formæ cum materia, et patet in genere formis
quæ solum per solam actionem unitivam [illegible] cum

co:

corpore.

Dices si generatio consistit in actione unitiva, ergo terminus generationis erit ipsa unio, tamquam per actionem unitivam fit unio.

Respondeo unio licet sit terminus, sed tamen est terminus ultimatus, quod convenit composito.

Quaestio 3.a

An in generatione substantiali detur resolutio usque ad materiam primam

Explicantur aliqua verba dicta: nullo sensibili remanente ut patet eadem

Sensus quaestionis est, an quando generatur ignis ex ligno, nihil remaneat ex iis quae erant in ligno praeter materiam primam quae transit ad ignem, perseverantes simul cum forma caeteris accidentibus.

Non datur resolutio usque ad

Dico esse in generatione substantiali non dari resolutionem usque ad materiam primam

Probatur primo quia quaedam accidentia quae prius fuerant in corrupto manent etiam in genito, ergo non datur resolutio usque ad materiam primam. Consequentia est certa, quia nihil est aliud in generatione dari resolutionem usque ad materiam primam quam corrumpi cum forma substantiali omnia accidentia quae erant in materia prima. Antecedens probatur ex Aristotele primo de generatione textu 23, ubi docet quando ex aere fit aqua manere perspicuitatem et humorem, ergo aliqua accidentia quae erant in corrupto, perseverant etiam in genito. Item 2.o de generatione, textu 26, ait elementa symbola facilius in-

ipsi accedit fragmentum quod in simbolis, quia
in simbolis una tantum qualitas corrumpitur, altera re-
manet in genito. Patet 1.o de generatione anim. cap. 5.o
ait figuram exteriorem corporis non esse signum suf-
ficientis formae, quia eadem manet etiam in cadavere,
quod solus ut patet ex ... admittit aliqua
accidentia compositi corrupti manere in genito, negat
dari resolutionem usque ad materiam primam.

figura corporis non est forma sufficiens

R. 2.o Patet ex experientia aliqua accidentia quae erant
in corrupto remanere in genito, ut figuram, quan-
titatem, quando n. lignum exurit ignis, adhuc
retinet per aliquod tempus eandem figuram et quanti-
tatem ut patet. Rursus in homine mortuo vide-
mus remanere plura accidentia ex iis quae erant in
vivo, ut formam, colores, ... manus, imo etiam per
aliquod breve tempus retinet calorem.

R. 3.o quia si dispositiones praecedentes corrumpuntur ad
recessum prioris formae, materia non esset disposita ad
recipiendam formam subsequentem. Resp. valet quod
dicitur ab adversariis non esse necesse quod actu sint dis-
positiones quando forma introducitur, sed satis esse quod
praefuerint. Resp. inquam non valet, quia dispositi-
ones necessariae ad introducendam formam debent esse
actu in ipsa materia in instanti generationis, non enim potest
materia suscipere, vel recipere formam sine quantitate
ut in Physicis, quare dispositiones debent manere in
instanti generationis, nec sufficit quod immediate ante praefu-
erint.

Resp. obi. dispositiones ad introducendam formam esse
illa accidentia, quae producuntur ab ipsa forma in

facto

tertio quia licet sint posteriora in genere causae effi-
cientis, sunt tamen priora in genere causae materialis, quate-
nus se tenent ex parte materiae dispositae.
Sed contra est quia prius intelligitur forma informare
materiam, quam intelligatur exercere dispositiones, quia
prius est existere in se, quam exercere aliud officium
[illegible] quomodo forma potest informare materiam indisposi-
tam, 2° frustra essent dispositiones illae subsequentes
si iam forma existit in materia. 3° si per vos
prius existit forma in materia, et postea producuntur
accidentia quae sunt dispositiones, ergo accidentia quae
ut dispositiones sunt media ordinata ad finem nempe
ad introductionem formae, ordine executionis es-
sent posteriora ipso fine, quia essent posteriora
ipsa forma, hoc autem est falsum et absurdum,
cum enim media conducant ad finem consequendum
debent ordine executionis praecedere ipsum finem.
Pr. 3° contra Thomistas qui volunt accidentalia immedi-
ate attingere productionem substantiae. Si daretur resolutio usque
ad materiam primam sequitur productionem instantaneam formae
substantialis fieri sine ullo agente immediato, neque principali
neque instrumentali, quod est impossibile. Et sequela patet
vel illa causa immediata essent accidentia quae prae-
cesserunt in corrupto, vel externa causa extrinseca, v.g.
cum lignum fit ignis, vel causa immediata producti-
va ignis tenet calor qui fuit in ligno, vel ignis
extrinsecus agens in lignum, sed neutrum dici potest.
Q. Pr. non quando primam partem quod si causa imme-
diata productiva ignis esset calor: nulla causa
potest agere [illegible] sit, sed si daretur resolutio quando
edu:

educitur forma ignis ex materia ligni, calor tunc non est, ergo calor non potest dici causa immediata ignis. Respondetur eadem ratione qua ad 3am partem, primo quia ipsi ipsos adversarios formae substantiales producuntur immediate ab ipsis accidentibus et non a forma, et agente extrinseco. 2o quia causa realis et corporea qualis est ignis producens non potest quicquam facere in materia, quia sine quantitate non est capax contactus physici, imo ipsi adversarii materia ... extrinsecus, quomodo ergo potest dici quod in illam agat causa extrinseca.

Respondent adversarii, non esse necessarium ut causa efficiens existat in eo instanti in quo causat, seu in quo educit formam, sed satis esse, si extiterit immediate ante, ut probatur multis instantiis. 1o elementa moventur a generante, etiam si generans corruptum sit. 2o filius potest generari etiam mortuo parente. 3o intellectus potest eligere conclusionem post praemissas cum tunc praemissa non sit causa efficiens conclusionis. 4o proiecta prosequuntur motum, etiam si proiiciens mortuum sit, ergo ita in causis illae dispositiones quae praecesserunt, licet actu non sint, poterunt causare efficienter ipsam formam.

Sed contra, quia hoc repugnat doctrinae Aristotelis, qui 2o Physic. textu 37o et 38o et clarius 5 Metaph. cap. 2o docet in causis praesertim efficientibus causam et effectum se simul sequi et simul tolli, ita ut tunc sit efficiens actu, quando est causa actu, et e contra tunc sit causa actu, quando est effectus actu; et ratio est clara, quia tunc fit actu effectus, quando actu recipit esse a causa, tunc autem actu recipi=

Causa et effectus simul se sequuntur

cipit esse a sua causa, quando causa dat illi
actu esse, et habet illud a se actu dependenter
quomodo autem causa dare pot actu esse effectui
et habere illud a se dependenter, nisi actu sit?
sine dubio alij [illegible] si causa efficiens non
est, quando dat esse effectui, ac si nunquam fuis-
set, quare communiter dicendum est, causam in tantum cau-
sare, in quantum actu est. Si ergo illae dispositiones
actu non sunt, quia dat. separatio, non possunt esse
causa. Nec habent [illegible] alterum.

R.o Ad 1.am elementa moveri a generante, mediante vir-
tute motiva relicta in elementis, ut infra videbimus;
at vero dispositiones sive relinquunt in materia, ut pos-
sint causare formam.

Ad 2.am eodem modo v.g. filium generari a patre virtute
seminis quod [illegible] est instrumentum
concurrens ad producendum foetum.

Ad 3.am dico remanere species in intellectu, qui nisi
habeat memoriam maioris et minoris propositionis seu
extremitatis, non pot illas connectere in conclusione. Rur-
sus etiam si non remanent species, adhuc intellectus il-
luminatus ab illis pot se solo inferre conclusionem.

Ad 4.am r.o proiecta moveri, vel ab aere, vel a virtute
impressa a proiiciente corpore.

Dr 4.o contra, et ponamus aliquem comburi [illegible]
videre non [illegible] in pluvia, [illegible]
[illegible] in mortuo, aliquando breve tempus remanet ali-
quis calor, remanent cicatrices, et alia similia, sed
illa accidentia sunt eadem quae erant antea, ergo non
fuit data separatio [illegible]
fo.

Rant

10

Resp. Adversarij quod illa accidentia sint eadem specie, numero vero diversa.

Sed contra, quia videtur negari id quod patet ad sensum. 2. si illa accidentia sint diversa, assignanda est causa a qua sint producta, nam non est frigus, nam habet vim producendi calorem cicatricis. Neque valet quod respondent ea produci per accidens, nam causa per accidens habet etiam vim producendi effectum, ac proinde continere debet effectum in sua virtute, frigus autem non continet in sua virtute neque formaliter, neque eminenter calorem et cicatrices. Neque valet quod alij dicunt produci calorem illum a forma cadaveris, nam forma cadaveris non exigit calorem cicatricis.

Causa per accidens habet vim producendi

Obj. et sunt fundamenta sententiae contrariae. Aristoteles ait quod generatio est mutatio totius in totum, nullo sensibili remanente ut subiecto eodem, ergo nulla debent remanere accidentia, alioquin remaneret subiectum sensibile cum sensibilitas cadat ab accidentibus.

R. Licet remaneant aliqua accidentia in generatione, adhuc verum est quod ait Aristoteles, quod nullum remaneat subiectum sensibile, id est quia Aristoteles per subiectum sensibile intelligit subiectum denominationis, quod est totum compositum, non autem subiectum inhaesionis quod est materia; sensum ergo non remaneat idem subiectum denominationis quod sit hoc aliquid demonstrabile, verum est nullum remanere subiectum sensibile. Aristoteles n. textu illo 23 et 24. ait in hoc differre generationem ab alteratione, quod in alteratione remanet idem subiectum sensibile, in generatione vero non remanet idem, quod necessario intelligendum est de

de facto denominationis aliquin falsa esset doc-
trina, nam factum inhaesionis semper manet tam re-
manet in alterato, quam in genito. Confirmatur quia ut
docuit 5° Phys. altero cum sit quidem motus debet
esse transitus de facto in factum, quod intelligit de
facto denominationis, quod sit hoc aliquid demonstrabile:
mutatio vero est transitus de non facto in factum i. de
non facto denominationis, quod sit hoc aliquid demon-
strabile ad factum quod sit hoc aliquid demonstrabile.
Confirmatur 2°, quia Aristoteles in textu 24° ait in praedicta
generatione posse remanere quasdam qualitates in materia, ut
u. g. cum ex aere fit aqua posse remanere humi-
ditatem et perspicuitatem, si ergo Aristoteles per factum
sensibile intellexisset materiam affectam aliquo acci-
dente, debuisset negare ea accidentia remanere in materia,
cum ergo dicat aliqua accidentia remanere, et non
neget remanere factum sensibile, signum est quod
factum sensibile intelligit factum denominationis, quod
ideo dicitur factum sensibile, quia totum est hoc ali-
quid demonstrabile.
Obj. 3° Aristoteles 1° Physic. textu 82° ait materiam esse
illud in quod ultimo resolvitur quicquid corrumpitur
ergo in genito remanet materia eadem.
Resp. neg. conseq., ibi Aristoteles solum voluit significare ma-
teriam esse incorruptibilem, ita ut licet corrumpe-
rentur cetera omnia, ipsa tamen maneat incorrupta.
Obj. 4° 3. factum accidentium est compositum, in genito pe-
rit compositum, ergo perit factum accidentium, et
ad conseq. ipsa accidentia quae non ponunt esse sine
facto. Resp. ma. accidentia sunt proprietates compo-
siti:

siti; sed proprietates sunt in eo cuius sunt proprie-
tates tanquam in subiecto, ergo 2.° compositum est sub
potentia ad recipienda illa accidentia, ergo debet etiam
sic se recipere illa accidentia. 3.° compositum deno-
minatur tale ab talibus accidentibus, ergo accidentia sub-
iiciuntur in ipso.

R.° dist. ma. est subiectum denominationis, conc. inhaesionis
neg. Ad probationem dico quod accidentia dicuntur pro-
prietates compositi, quia sunt in materia propter com-
positum, sed hoc tantum non fit quod subiiciantur in toto
composito. Ad 2.am probationem dico quod compo-
situm dicitur esse potentia ad recipienda accidentia, quia
habet in se materiam quae est ipsa potentia. Ad 3. [illegible] de-
nominatur compositum potius quam materia, quia materia
est pars compositi, et ordinatur ad compositum ita
ut sit receptiva accidentium propter compositum,
cum accidentia primario ordinentur ad bonum compositi et
ideo principalius dicuntur accidentia compositi, itaque
denominant potius quam materiam, tum quia non est
hoc aliquid demonstrabile, propterea etiam non denomi-
natur ut subiectum accidentium. Videantur quae diximus
in Phys. de hac re.

Accidentia dicuntur proprietates compositi

Obs. accidentia subiiciuntur in materia unita formae, sed
materia unita formae est totum, ergo accidentia subiici-
untur in toto.

Confir. 1.° materia prius recipit formas substantiales quam
accidentales, ergo etiam prius recipit formas substantiales
quam accidentales, cum idem sit ordo in respiciendo
vel recipiendo, ergo accidentia recipiuntur in materia ha-
bente formam, ergo in toto.

Confir.

Confir. 2°. quia prius debet esse ens per se, quam ens per accidens, quare prius erit materia unita formae substantiali qua facit unum ens per se, quam unita accidentibus quorum unio facit ens per accidens.

R. accidentia subiectari in materia quae est unita formae, et dum est unita formae cons. accidentia subiectantur in eo quod signat per materiam unitam formae rei ... materia unita formae, i. materia, forma et unio collective accepta est totum, cons. distributive accepta neg. accidentia ergo subiectantur in materia quae est unita formae non tamen prout est unita et constituit totum.

Ad primam confirmationem ... materia ordine intentionis prius respicit formas substantiales quam accidentales, ordine tamen executionis prius respicit formas accidentales, quia semper etiam nos prius intendimus finem, quam media, in executione tamen prius exequimur media quam obtineamus finem, sed accidentia sunt media ad formam, cum sint dispositiones ad illam introducendam, ergo debent antecedere ipsam formam. Neg. ex his patet responsio ad 2am confirmationem, prius in ordine intentionis debet esse ens per se, quam ens per accidens cons. ordine executionis neg., prius non debet esse materia disposita quam adveniat forma.

Quaestio 4a

An Genus sit actio distincta à praedicatione aliorum

Cal=

Caietanus p.ª parte quaest. 54.ª art. 3.º cum alijs dicit generationem substantialem non esse propriam actionem, sed esse terminum excedentis motus, seu alterationis, ac proinde ut ad productionem formae substantialis sufficiat alteratio quae necessario praebet actionem quae producuntur accidentia, quibus positis dicitur resultare formam per modum sequelae.

Dicendum tamen est generationem formae substantialis esse propriam actionem distinctam a praecisa alteratione.

Genito est actio distincta [marginal]

Probatur ex hoc quia genito, ut diximus lib. 5.º Phys., ut distinguitur a caeteris motibus, est motus ad substantiam, et ergo est motus distinctus a caeteris, debet etiam esse actio distincta a caeteris, cum motus et actio sit idem, cum ergo genito sit motus ad substantiam, est etiam actio ad substantiam, et per consequens distincta ab alteratione quae est actio ad accidentia.

Confirmatur. Item non potest ut una actio sit ad duos terminos realiter distinctos, quia nihil aliud est actio, nisi productio termini, cum ergo sint duo termini realiter distincti, calor v. g. et forma ignis, necessario debent etiam esse duae actiones.

Confirmatur 2.º quia forma substantialis quae producitur de novo, fit per hoc quod fiat ex vi alicuius actionis quam recipit, sicut esse ab agente, si non illam esse, si non habet, ergo debet illam recipere ab agente per aliquam actionem, non potest autem esse illa actio quae generatur accidentia, quia terminus illius actionis non est substantia, sed accidens, ergo debet dici genito formae substantialis habeat esse ab agente per aliquam actionem quae est genito terminata ad ipsam formam substantialem, ergo genito formae substantialis est actio distincta a praecisa alteratione.

Confirmatur

Confr. pot. produci accidens n. producta forma substan-
tiali, g.º actio qua producitur accidens n. est illa qua
producitur forma substantialis; ex. oes producit accidentia
post Deus suspenderet concursum [illegible] non pro-
duceret formam substantialem, g.º productio formae substantialis est
alia actio ab actione qua producitur accidens.
Confr. quia tunc forma fit quando desinit alteratio g.º
generatio formae est actio distincta et separata ab alteratione.
4.º novus effectus exigit novam causalitatem, sed forma
substantialis est novus effectus distinctus ab effectu alterationis
g.º danda est nova causalitas, g.º causalitas sive actio
qua producitur forma substantialis est distincta a causali-
tate sive actione qua producuntur accidentia. Patet
deinde, sicut forma substantialis incipit in instanti generationis,
ita fit in instanti generationis, g.º factio sive actio ge-
nerativa erit instantanea, et per conseq. distincta
a praevia alteratione quae non est instantanea, sed suc-
cessiva, et successiva.
Resp. formam substantialem n. fieri in instanti in quo p.º
incipit esse, sed fieri quando est alteratio.
Sed contra, quia idem realiter est incipere esse et ac-
cipere esse, sed etiam idem realiter est fieri et accipere
esse g.º realiter idem erit fieri et incipere esse
g.º ista duo n. poterunt separari inter se et quando
erit unum, erit etiam alterum, sed forma substantialis in-
cipit esse in instanti in quo non est amplius actio
alterativa, g.º tunc etiam fit forma substantialis: si
ergo tunc fit, g.º tunc debet esse actio qua termi-
natur ad istam formam et per quam ipsa forma
fit, sed tunc non est actio alterativa g.º ponenda
est

est alia actio distincta, nempe genitio, quae genitio
est actio distincta ab alteratione.

Ob. 1. Si consistat genitio formae substantialis potest dici terminata
alterationis, sed dispositionum, quae terminat immediate
procedit post alterationem, non tamen potest dici terminata in hoc
[illegible], ita est forma [illegible] illa actionis [illegible]
tur et sic ubi actiones alterativae [illegible] distin-

Ob. 2. Secundo quia forma substantialis educitur de potentia materiae, non
est [illegible] in [illegible], quod non est genitio quod est eo
quod actio terminata ad formam substantialem distincta sit
a praevia alteratione, [illegible] est genitio

R. genitio salvari [illegible] actionem
qua forma substantialis educitur de potentia materiae, loquor
autem de genitione compositi, ad quam praevia requiritur alia
actio qua producatur unio formae, etenim si loquamur de
genitione solius formae illa actio educitiva formae de potentia
materiae bene potest dici genitio.

Quaeres, cur praeter actionem educitivam formae requiratur
alia actio unitiva ad hoc ut generetur compositum, quod
consistet [illegible]

R. ea ratio est, quia si producatur forma et non producatur
unio, nunquam fit totum compositum, quod ad hoc ut fiat
totum debet produci etiam unio. Quod vero illa actio
qua producitur unio sit distincta ab illa qua producitur
forma, est quia termini ex natura rei distincti postulant
distinctas actiones, sed forma et unio sunt termini ex
natura rei distincti, ergo postulant distinctas actiones.

Quaestio 5a

Quid

Quid sit generatio viventium

Multiplex acceptio generis.

Multis modis accipitur generatio viventium, primo late pro productione viventis dependenter a causa quomodocumque illa fiat, quo modo dicitur generatio viventis tam productio caloris ex calore, quam ranae ex putri. Secundo sumitur generatio aliquando strictius pro tali productione viventis, quae sit productio similis producenti, quo modo productio ranae ex putri non dicitur generatio ob defectum similitudinis. 3° modo sumitur generatio pro productione viventis, non solum cum convenientia similitudinis cum producente, sed etiam cum denominatione patris et filii, propter cuius defectum generatio plantae ex alia planta non est generatio, quia una planta non dicitur mater aut filia alterius plantae.

Si ergo generatio viventis late accipiatur primo modo, sic definitur: generatio est productio seu processio rei ab aliquo: seu potest illi aptari definitio communis generationis est mutatio totius in totum nullo sensibili remanente ut subiecto eodem.

Si generatio accipiatur 2° modo, sic definitur, est origo, seu processio viventis a vivente, principio coniuncto, in similitudinem naturae. Dr.

Dr. origo, seu Processio loco generis, quia hoc convenit cum generatione viventium: accipitur autem origo pro ut praescindit ab origine sive aeterna, sive temporali, hoc pro inde convenit tam generationi temporali huius, vel illius hominis, quam generationi aeternae Verbi, quam tamen examinare modo non spectat ad nos.

Dr.

Pr.³ viventis a vivente, loco dicta, quia per has particulas differt a gen.ne non viventium. De principio conjuncto, quia per [illegible] excludit productio alicuius viventis facta a Deo, qui licet possit dici principium vivens non tamen pot. dici principium conjunctum, principium n. conjunctum est illud quod dat aliquid sui desinendo ad formandum foetum [illegible] similem [illegible]bili ut est semen, [illegible] ipse Deus dei foetui coniungi, cum ergo Deus nullam sui partem det, ex qua foetus producatur, non pot. dici principium conjunctum illius.

Pr.ª in similitudinem naturae, vel in imaginem naturae, per quas particulas differt hac gen.º a gen.e [illegible] modo acceptae, ut est gen.º natae ex putri, [illegible] non est similitudo naturae.

Alio etiam modo accipit gen.º viventium, et sic definitur origo, seu processio viventis a vivente principio conjuncto, per cognitionem cooperantem, in similitudinem naturae. Quae def.º [illegible] differt a superiori, nisi solum per istas particulas, per cognitionem cooperantem, per quas [illegible] volunt de gen.e [illegible] qui cognoscunt, et qui sortiuntur nomen Patris ac Filii, [illegible]. Hae sunt definitiones gen.is quae sunt bonae, et communiter a Philosophis et Theologis receptae.

Obj.¹ Evae productio ex Adami costa videtur gen.º, et tamen illi non convenit def.º 2.º et 3.º loco tradita, [illegible] illa def.º non conveniat, [illegible] definito. major pr. [illegible] illa non est vera gen.º, nisi [illegible] quia Adamus respectu Evae non fuit principium [illegible]

R.º dist. major. fuit gen.º accepta p.º modo conc. 2.º et 3.º modo

Principium conjunctum est quod dat aliquid sui

modo, nec quia Eva non processit in similitudinem Adami et ex ipsius Adami, qui solum dedit costam ex qua eam formari oportebat. Eva quamvis esset, merito ergo quia non fuit propria et rigorosa generatio, Eva non dicitur filia Adami, nec Adam ex illius productione contraxit ullam consanguinitatem cum Eva, ut notat S. Thomas 1.a parte quaest. 92.a art. 2.o

Ob. 2.o Id ad veram generationem requiritur principium coniunctum, gallina fovens ova pavonis, non esset mater per veram generationem pavonum qui nascuntur, gallina non. Tamen dat id ex quo formatur pavones, cum ova illa sint pavonis et non gallinae ut supponimus.

R.o concedo, quia non sunt parentes in quorum similitudinem nascuntur pulli, cum ergo pavones illi referant similitudinem eius pavonis qui ova progenuit et non gallinae foventis, merito gallina non potest dici mater illorum pavonum. Et ratio alterior huius rei est, quia parentes illi sunt qui generant materiam ex qua foetus efformatur, ut patet experientia, quia ergo illa ova non sunt gallinae, merito gallina quae non exhibuit materiam ad efformandos pavones non dicitur mater illorum. Narrant, a Perdice aliena ova foveri, sed pulli qui nascuntur statim ac audiunt vocem eius cuius ova sunt, a qua sunt ova producta, relicta perdice quae fovit ova, advolant ad eiusdem vocem tanquam ad matrem, quia parentes sunt non qui materiam disponunt aut formam educunt, sed qui materiam generant aptam formando foetui.

Confirmo, quia multi disponunt unionem animae rationalis cum corpore produci a Deo, nullus tamen dixit Deum esse pa-

patrem natum hominis conceptum ex foemina et viro. Ratio est quia non vocatur pater nisi qui materiam agit. [illegible] foetui formando.

Obiicies 3.° Mulus generatur et tamen non succedit in similitudinem naturae, cum sit diversae speciei a suis parentibus, generatur nempe ab equo et asina vel ab asino et equa. Ergo ad veram generationem non requiritur similitudo naturae.

Respondeo aliquos in [illegible] mulo adhuc reperiri similitudinem cum parentibus; nam similitudo requisita ad veram generationem non consistit in hoc, quod filius sit eiusdem speciei cum Patre, sed in hoc quod filius sit imago repraesentativa patris; mulus autem utrumque parentem repraesentat, unde dici potest oriri in similitudinem naturae. Ita Saranensis apud Vasquez disp. 115.ª cap. 5.° et 7.°

Respondeo 2.° hic definitam esse generationem naturae, et quae fit ordinario modo, non autem generationem quae est praeter naturam, qualis est generatio muli, ut [illegible] ex [illegible] 2.° Metaph. textu 28.° Respondeo 2.°

Respondeo etiam in istis generationibus naturam tendere ad formandam prolem sibi similem, sed per accidens impeditur ista similitudo contra operis naturam; itaque semper ad generando semper in generatione naturali reperitur similitudo naturae licet per accidens aliquando impediatur.

Eodem modo solvenda est alia similis obiectio. Scribit Delrius lib. 2.° Disq. mag. quaest. 14.ª quod olim foemina quaedam quae vocabatur Alcippa peperit Elephantem; et alia apud Elvetios peperit leonem. Alia Brixiae peperit canem. Ergo potest dari generatio sine similitudine naturae.

Resp.

R.3 p.o fortasse illas bestias de quibus natas agitur, ui [illegible] supernaturali [illegible] Deo [illegible] ad [illegible] effrenatam libidinem mulierum quae etiam cum feris [illegible] coierunt. Narrat Thomas Cantipratensis nobilem quandam qui venationis causa dies festos non colebat, natam fuisse prolem capite viri, auribus [illegible] ac pedibus. Sicut ergo hominum scelera his aliquando monstris punit Deus, ita forte divina vi natas fuisse ex foeminis bestias illas, vel ad poenam [illegible], vel alterius peccati.

R.o 2.o huiusmodi genus ortum habuisse ex peccato illarum foeminarum concumbentium cum feris, ex quo [illegible] tertia quaedam, et monstruosa species nata est sicut ex equo, et asina nascitur mulus. Et licet dicant quidam canes, leones [illegible] tamen vere non erant animalia talium specierum, sed tertium quid, habentes in ipsis etiam generis aliqua similitudine in natura [illegible]; nam illae bestiae erant magis similes illi speciei, cuius [illegible] erat validius semen in concubitu, quod quotidie videtur in mulis, quorum aliqui magis accedunt ad equos, alii ad asinos.

Obs. Dari aliquod genus viventium, quod tamen non fuit a generatione, et [illegible] a principio conditum, quod male dispositum est genus viventium. Pro quo daemones incubi coeundo cum foeminis [illegible] aliquando generant humanam prolem, sed huiusmodi genus non fuit a Deo [illegible] neque a principio conditum, quia licet transmittant semen in uterum foeminae, illud tamen non est ipsius daemonis qui est incorporeus, [illegible] Pro [illegible] auctoritate, et ratione, et primo quidem S. Augustinus lib. 15.o de

C=

Gaviet cap. 23.o ait quosdam Demones quos Galli appellant Dusios cum foeminis concumbere, Apuleius vult et congressu Demonis cum foemina genitum fuisse Merlinum Anglum vatem celeberrimum. Plutarchus refert et [illegible] lib. 7o. potest eodem modo genitum fuisse Homerum. Ratio vero est quia nulla apparet ratio cur hoc fieri non possit a Demone, nam licet Demon sit incorporeus et proprium semen gignere et [illegible] non possit, cum semen sit excrementum, et superfluum alimenti quod non fit nisi ab iis qui nutriuntur, potest tamen Demon semen aliunde translatum in uterum foeminae transmittere ita ut foemina concipiat. Nec obstat quod docent nonnulli Medici virtutem seminalem [illegible] partibus tenuioribus seminis i. spiritibus qui cum facile evanescant, per consequens Demon licet possit illud colligere, non tamen poterit per illud generare. hoc inquam non obstat, quia cum Demon perfectissime [illegible] naturalium cognoscendis, scit etiam adhibere talia medica ut retineantur in semine illi spiritus in quibus est virtus generativa.

Semen est excrementum et superfluum.

2o. [illegible] a Demone fieri posse huiusmodi generationem probat argumentum [illegible] foemina, dicitur [illegible] prolis generis non esse tribuendos Demoni, ut applicant; sed tribuendos esse illi homini ex cuius seminis genere [illegible] qui non est dicendus filius Demonis, sed illius hominis ex cuius semine [illegible] concursu genitus est cum similitudine patris. Atque eodem modo se habet in ista generatione Demon sicut foemina quae supponit ovum foecunda gallinis, quae foemina non [illegible] hoc dicitur genitrix pullorum.

Obj.s Magi possunt arte Magica animalia gignere
sine semine, q.o principium conveniens generationi exper:
tum non est solum semen, pr. ajunt Magi applicando
activa passivis possunt generare muscas, vermes ra:
nas, et alia hujusmodi, quae nascunt. ex putri, ut
concedit S. August. lib. 3.o de Trinit. cap. 7.o S. Bo:
naventura, Alexander et alij: cur a Magis Demonis
ministerio non possint ita applicare activa passivis
ut tandem producant in materia dispositiones debitas
hujusmodi imperfectis animalibus, ita ut tandem nas:
cant., sicut nata nascunt. ex putri. Ergo sicut hoc
possunt Magi, ita poterunt etiam generari sine semine
animalia perfectiora, ut equum, leonem, et forsitan
etiam hominem.

R.o concedendo Magos posse generare animalia quaedam
imperfecta, nam sicut illa generant. ex putri, ita
applicando activa passivis poterunt etiam generari, prae:
sertim ministerio Demonis, qui bene scit dispositio:
nes requisitas cum soli concurrentes ad productionem
hujusmodi animalium imperfectorum, venire hujusmodi
genus, cum genus p.o modo definita. Licet autem Ma:
gis hoc concedamus, non tamen concedimus posse ab ijs:
dem generari animalia perfectiora, et ro dispari:
tas est, quia ut fiat animalium perfectiorum, debet
ad illorum generationem concurrere non solum semen masculi:
num seminibus cum foeminino ut multi volunt, sed
praeterea debet etiam concurrere anima matris, sicut
v.n. non repugnat dari formam, quae ad sui dispo:
sitionem, et productionem requirat concursum alienae
formae, hoc praecipue videtur significandum de hujus:
modi

modi formis perfectioris. Videbo quae diximus hac super re in Phys. ubi vidimus quomodo in rebus eos imitare possit natura.

Quaestio 6.a

Quid sit Corruptio

Non quaerimus an detur ista corruptio substantialis, quia patet experientia, quando n. generatur ignis, corrumpitur lignum cum duae formae substantiales non possint esse simul. Supposito ergo quod detur ista corruptio substantialis, quaerimus quid illa sit.

Corruptio substantialis sic definitur. Est mutatio totius ex toto vel eadem communi materia in non totum. Haec definitio colligunt interpretes hic cap. 4.o et 5.o Dicitur mutatio, non ita quidem ut conveniat in hoc univoce cum generatione, quia generatio est mutatio positiva, corruptio vero est mutatio negativa. Dicitur totius vel ex toto, ut significet terminus a quo, qui semper est aliquid positivum. Dicitur in non totum vel significat terminus ad quem negativus, cum omnis mutatio debeat esse inter extrema opposita, ut docet Aristoteles 5.o lib. Physicorum cap. 1.o textu 7. Et in hoc distinguitur corruptio a generatione, quae habet pro termino ad quem ipsum totum. Dicitur sub eadem communi materia, per quam particulam excluditur ea quae non sunt mutationes, ut annihilatio, sicut n. in creatione mutatio non est, ita neque annihilatio, quia in neutra oportet dari commune subiectum quod recipiat in se transitum a non esse ad esse, vel ab esse ad non esse.

Quaeres an corruptio dicenda sit actio. R.o

Corruptio est mutatio totius ex toto [illegible]

Corruptio est denaturalis [?]

R.o natura multis modis accipitur. 1.o pro ut natura contradistinguitur a supernaturali, et in hoc sensu corruptio potest dici naturalis, quia non est supernaturalis.

2.o modo accipimus naturale pro eo ad quod inclinat natura, et opponitur violento, quo modo motus est naturalis, et lapidi naturale est descendere deorsum. In hoc autem sensu corruptio comparata compositio et formae, non est dicenda naturalis, quia nihil inclinat ad id quod est malum sibi, sed corruptio est malum compositi et formae, ergo corruptio non est dicenda naturalis secundum inclinationem compositi, et formae. Si vero corruptio consideretur respectu materiae, potest dici naturalis, non quidem secundum inclinationem illius primam sed secundariam. Probatur quia materia quae est sub aliqua forma, adhuc inclinat ad alias formas quas non habet, ergo inclinat etiam ad omnia ea quae sunt necessaria ad acquirendas formas quas non habet, sed inter ea quae requiruntur ad acquirendas formas quas non habet, est corruptio formae quam habet, ergo etiam inclinat ad corruptionem formae quam habet. Sed hoc intelligendum est 2.o et rursus intelligendum est de materia sub [illegible], non autem de materia quatenus est pars illius compositi, quia ut sic cum habet naturam non inclinat ad productionem compositi et formae quia natura non inclinat ad malum suum, ut diximus in physicis.

Tandem potest accipi naturale pro eo quod sequitur ad naturam, seu quod est ex principiis quae sunt in ipsa natura; et in hoc sensu corruptio potest dici naturalis materiae formae, et composito. Probatur quoad primam partem, quia materia nata sua potest recipere omnes formas, et dispo-

positiones, sed potius impossibile est recipere
unam formam sine expulsione alterius et corruptione
compositi, quod natum est propria natura cum sit [illegible]
generis, et corruptionis debet dici quod illi sit aptis
corruptio, quemadmodum etiam est genito.
Ad quod ad 2am et 3am partem, quod si corruptio sit
connaturalis formae et composito corruptibilitas, sed
potius corruptio connaturalis est, composito et formae, quia
omnia entia natura dicuntur corruptibilia et principiis
intrinsecis, quod etiam ipsa corruptio erit connaturalis,
quia cui connaturalis est potentia ad aliquem actum, est
etiam connaturalis ipse actus, cum potentia ordinetur essen-
tialiter ad actum &.

Quaestio 7a

An effectus corruptus possit reproduci.

Quoniam hic agimus de corruptione, examinanda est praesens
quaestio, de qua tractari solet in Theologia dum agitur de
corruptione.
Quaestio igitur est an effectus corruptus possit naturaliter re-
produci, an supernaturaliter.
Ergo ad 1am partem in qua est difficultas, missa nunc facie
Pythagorae hypothesi qui putabat animas hominum in belluarum
corpora, et harum animas vicissim in hominum corpora trans-
migrare: relinquo etiam platonicorum sectam qui ut refert
S. Aug. 12o de Civit. cap. 13 putabant peracto magno
anno, qui ut vult Ptolemaeus concludit triginta sex mil-
libus annis, omnes effectus iam peractos, et corruptos rede-
bunt

Sententia eorum ... reditionis

1.a Sententia est Riccardi et aliorum qui dicunt posse naturaliter reproduci effectum corruptum. Fundamentum est quia in materia manet eadem potentia passiva ad recipiendam formam iam corruptam, quae debet etiam dari potentia activa naturalis, quae formam illam corruptam possit reproducere; quia unicuique potentiae passivae naturali correspondere debet potentia activa naturalis.

2.a Sententia S. Thomae 4. contra Gentiles cap. 81 negat effectum corruptum posse naturaliter reproduci.

Effectus corruptus non potest reproduci.

Dico est eandem numero effectum corruptum non posse naturaliter reproduci. Probatur quia si causis ipsa reproducens nulla esset ratio cur vel prius, vel tempore determinato effectus non reproduceret; et quia causis, ac per idem eam cognoscit, cur non potest dici quod eadem numero cognitio reproducatur, quod tamen communiter negant Philosophi quia sentiunt eundem numero effectum corruptum non posse reproduci.

Confirmatur 1.o quia hoc debuisset esse delegatum causis 2.is nam ad conservationem, et perfectionem universi spectabat nova et nova generari, et non semper redire eundem numero effectum corruptum.

Confirmatur 2.o quia nunquam visum fuit quod effectus corruptus reproducatur sive a natura, sive alia causa. Signum est quod hoc naturaliter non possit fieri. Probatur quia nunquam a patre reproducens est idem filius mortuus, et sic de ceteris.

Ad fundamentum 1.ae sententiae respondetur ... potentiam passivam ad illam numero formam corruptam ... obstat quod si haec forma corrupta supernaturaliter reci=

pio:

producitur in formalis materia, id n. est, quia
mata semper [illegible] potentia ad actum formalem et
quia forma illa fuit corrupta, si reproducatur semper
participat totum genus formalis, idest totus illius mate-
ria potentia ad illam formam recipiendam. Mata
ergo non est potentia ad formam ut corruptam, sed
ad formam ut actus est.

Ob. 2. Pellicanus mortuos filios suo sanguine resusci-
tat, ergo idem numero effectus potest naturaliter repro-
duci, ant. patet ex S. Hier. qui hoc refert in
psalm. 101 et ex S. Augustino.

R. saepe a S. Patribus referuntur aliqua tamquam his-
toria ab aliis relata, quae non tam historica sunt quam
fabulae referuntur n. ut pleniorem ideam capiant audi-
tor, explicandam Xpi Domini charitatem qui san-
guinem pro humano genere [illegible] fecerit. Adde potest a
Pellicano non resuscitari filios mortuos, sed quasi mor-
tuos, sicut aquae exhibet, et ad pristinam revocat
illum qui [illegible] parat

Ob. 3. Si ex una aqua separantur multae partes quae il-
lius individuum totale aquae, si autem iterum uniantur
partes illae redit idem numero individuum totale, ergo
naturaliter potest reproduci effectus corruptus.

R. si inter partes illius aquae intercedit unio, tunc sicut
in divisione perit illa unio, ita non potest illa
unio reproduci, ac proinde neque illud individuum
totale aquae. Si vero nihil intercedit inter partes
aquae, quia solum uniuntur se ipsis, dico, quod sicut
nihil periit positivum in corruptione illius indivi-
dui sed solum periit illa negatio divisionis, ita

si

si postea uniens partes istas redibit illud individuum, quamvis non sit amplius illa separatio dispositiones.

Ob.^s in anima separata est naturalis propensio, ut uniatur suo corpori; ergo anima potest se naturaliter unire corpori, et facere, ut redeat idem homo qui mortuus est. Probatur antecedens, quia anima est pars essentialiter ordinata ad faciendum totum; probatur consequentia quia aliquando contra naturam suam, et violenter detineretur infinito tempore si Deus illam relinqueret propriae virtuti.

R. neg. consequentiam. Ad probationem dico non dici violentum nisi illud quod ei contingit ab vi extrinseca illarum cui actius resistat, sicuti cum lapis detinetur supra aerem, cum ergo anima separata non conveniat separatio ab aliqua vi extrinseca illarum, non dicetur violenta; eoque quod anima non potest se unire corpori et quod deficiant dispositiones quae non possunt iterum naturaliter reproduci.

Quoad ad 2.^{am} partem quaestionis, quoniam potest esse difficultas, tam de rebus permanentibus, quam de successivis, dico est 1.° effectum corruptum qui sit ens permanens posse eundem numero supernaturaliter reproduci, tam a solo Deo, quam a causa 2.^a elevata a Deo.

Probatur contra, quia hic in re nulla apparet repugnantia neque ex parte causae, neque ex parte effectus, neque ex parte ipsius productionis, ut patebit ex solutione obiectionum.

Confirmatur, quia habemus ex fide multos mortuos divina virtute revocatos esse in vitam, et omnes in fine mundi revocandos, ergo effectus corruptus, qui sit ens permanens, potest idem numero supernaturaliter reproduci.

Ob.^s non potest reproduci eadem actio, ergo neque idem effectus

violentum est illud quod convenit ab

effectus corruptus potest supernaturaliter reproduci

Pr. ant. quia ad unitatem numericam actionis spectat unitas numerica temporis, sed non potest reproduci idem tempus, ergo nec eadem actio, et per consequens nec idem effectus, cum effectus sit idem ad identitatem actionis per quam accipit esse.

Rº nego ant., ad probationem dico unitatem temporis acquiri ad unitatem actionis, si motus fiat uno modo, sicut tamen nostro reproductio repugnaret [?] fieri modo supernatu. – Ratio est quia tempus non est de intrinseca constitutione individuationis actionis: praeter quam quod actio instantanea eiusque effectus nullo modo respicit tempus.

Rº 2º etiam tempus posse reproduci a Deo, et postea redderemus [?].

Ob. 2º non est bona illa ratio quod si Deus coepit reproducere id quod corruptum est, quia in Deo non decipit [?] potentia. Si n. haec ratio valeret, probaret etiam quod posset etiam creatura reproducere effectum productum a Deo, et probo, quia in potentia creatura continetur saltem aliquando effectus productus a Deo, ut v.g. si Deus ante centum annos produxisset equum illum qui continetur in virtute huius equi qui nunc existit, equus iste contineret nunc in potentia equum illum, et consequenter posset illum reproducere.

Rº est discrimen inter Deum et creaturas, quia creatura propter limitationem virtutis est determinata ad effectum per se producendum, causa autem prima cum habeat potentiam illimitatam non determinatur ad effectum per se producendum.

Ob. 3º Deus non potest bis producere eundem effectum sim[ul] in:

in:

interruptionem, ergo res potest eandem corruptam re-
producere. Probatur antecedens, quia producere est trahere ef-
fectum de non esse ad esse, sed effectus semel productus
et persistens in esse, non potest de non esse trahi ad esse,
ergo non potest reproduci sine interruptione, ergo res potest re-
produci quando corrupta est.

Respondeo concedo antecedens, nego consequentiam, et do disparitatem, quia post-
ea corruptionem effectus, iam effectus amisit esse, ergo
per reproductionem potest trahi de non esse ad esse,
at vero quando effectus persistat in esse, non potest
reproduci, quia tunc non trahitur de non esse ad esse.

Obiicies 3 fieri non potest ut id quod semel fuit, non fuerit, ergo res
non potest divinitus efficere ut id quod fuit ite-
rum sit.

Respondeo nego consequentiam et do disparitatem, quia in primo casu est
contradictio quae non est in 2o.

Dices, quando res permanens iterum est, ergo bis est, ergo habet du-
plicem durationem, et duplicem existentiam, ergo non est
eadem res, sed sunt duae res.

Respondeo quia res permanens recuperat eandem essentiam, et
eandem existentiam, et durationem, ideo non potest dici
quod sint duae res, sed una et eadem. Bene tamen
potest dici quod fuerit bis, quia ad hoc ut possit dici
quod fuerit bis, satis est quod fuerit interrupta eius
duratio, et existentia, quam iterum recuperavit.

Si vero idem sit de entibus successivis.

Entia successiva possunt reproduci

Dico etiam esse probabilius huiusmodi entia successiva corrupta
eadem numero reproduci a Deo. Est Suarez, Fabri
et aliorum.

Probatur ... quia in hoc nulla apparet repugnantia
quo

quo minus 1. tempus, et motus potest iterum à Deo reproduci, ut probat plures theologorum.

Ob. 1. reproductio eiusdem entis successivi, vel est simpliciter impossibilis, vel est simpliciter possibilis. Si 1.um ergo nec à Deo fieri poterit, quia Deus non potest facere id quod est simpliciter impossibile. Si 2.um ergo etiam fieri poterit virtute naturae, quae facere potest id quod est simpliciter possibile.

R.o reproductio successivi nec est dicenda simpliciter impossibilis, nec simpliciter possibilis, sed dicenda est possibilis respectu virtutis increatae, et impossibilis respectu creatae, ratio habet successivum ante quam ab agente creato produceretur erat in eius potestate, sed post quam semel ab eo productum fuit, non in eius potestate esse desijt.

Ob. 2. Deus non potest conservare partes temporis iam defluentes ergo multo minus potest illas reparare si lapsae sunt.

R.o conc. ant., et neg. conseq. disparitas est quia implicat conservare entia successiva dum labuntur, esset enim entia successiva, et non essent entia successiva sed permanentia, hoc autem implicantia non reperitur si reproducat Deus entia successiva post quam transacta sunt.

Hinc autem patet quod si Deus vellet reparare mille annos iam peractos, non posset illos reproducere spatio unius diei, quia vel non esset idem tempus, vel certe unus annus penetraret cum alio, quod est contra rationem temporis. Et hoc autem est disparitas inter quantitatem permanentem et successivam, quod permanens v.g. corpus palmi, potest coexistere [illegible], non autem successiva.

Dices, sequeretur quod aliquid sit praesens, et sit praeteritum

etiam, quod implicat.

R.o neg. seq. quia praeteritio signat negationem existentiae eius quod est, quae negatio non reproducitur

Quaestio 8.a

Quomodo se habeat Generatio, et Corruptio

Arist. duobus in locis proponit hoc axioma: generatio unius est corruptio alterius. 1.o hic textu 17.o quaerens n. textu 16. cur ex continua rerum corruptione huiusmodi non sit consumptum universum, textu 17. resp. quia corruptio unius est generatio alterius, et huius generatio est alterius corruptio. Alter locus est 3.o Phys. textu 37.o ubi solvens dubium cur ex continua corporum generatione non sint producta infinita corpora ait generationem unius esse corruptionem alterius. Principium autem in quo fundatur veritas huius axiomatis est materia [illegible] dependenter a qua fit generatio et corruptio, cum n. materia semper maneat eadem, et non possit esse simul cum duplici forma substantiali: et quoniam non possit nuda esse sine omni forma, hinc est quod quando fit nova generatio per introductionem novae formae in materia, necessario expellatur altera forma praecedens. His explicatis

Generatio unius est corruptio alterius.

Dico est 1.o generationem unius esse corruptionem alterius et e contra corruptionem unius esse generationem alterius convertibiliter, ita ut quando unum subiectum generatur corrumpitur alterum, et e contra quando unum subiectum corrumpitur alterum generetur.

Pro. concl. quia unum generari est formam aliquam educi

unius

ex in materia, si sit ~~compositum~~ forma materiae, et aliquid cor-
rumpi nihil aliud est quam dissolvi unionem alicuius
formae substantialis cum materia, sed nunquam forma substantialis
[illegible] vel aperte de novo unit materiae, quin dissolvat unio
alterius formae cum materia, ergo nunquam generat unum
quin corrumpat aliud. Et ideo quia agens naturale semper
invenit ipsam materiam formam aliquam substantialem illi unitam,
et ex alia parte non potest materia habere duplicem formam
substantialem, ideo nunquam potest agens naturale unire novam for-
mam materiae, nisi corrumpat aliam. Quod dictum de
generatione quam corrumpit, idem dicendum de corruptione;
semper enim, cum materia non possit unquam denudari
omni forma substantiali, quotiescumque agens naturale corrumpit unam
formam, vel eius unionem, debet aliam formam substantialem
materiae unire, ac proinde semper corrumpit unum, ge-
nerat aliud. Sic ne ergo semper verum est axioma

Obiicies aliquam generationem sine corruptione, ergo falsa conclusio.
Probo: ars generat benedictionem, et nullam aliam formam
corrumpit. Et e contra corrumpit benedictionem, et nullam
aliam formam generat, ergo nec generatio unius est corruptio al-
terius, neque contra.

R.o non loquimur de generatione substantiali quae semper con-
nexa est cum corruptione alterius, sed etiam loquimur
de generatione accidentali, qualis est generatio benedictionis.

Obiic. agens naturale spoliat omni forma, et educat ex illa
aliquam formam, illa erit propria generatio, et tamen non erit
connexa cum corruptione alicuius, ergo generatio substantialis
non semper est connexa cum corruptione alterius.

R.o non hic loquimur non de quacumque generatione substantiali quae
fieri potest

quo:

quomodocumque, sicut potius sed solum de generatione substantiali
quia communiter datur in rerum natura, et corruptionis modo
fit in qua semper materia supponitur informata aliqua
forma, quae prius corrumpitur in adventu novae formae.

Obiicies: ideo semper cum generatione substantiali reperitur concomitanter corruptio.
generatur forma cadaveris in homine mortuo, et tamen
non corrumpitur forma hominis, nempe anima rationalis, quia generatio
animae non est corruptio alterius. Rursus corrumpitur forma
embrionis, et tamen non generatur forma hominis in generante(?)
materia, ergo corruptio unius non est generatio alterius.

R. ad hoc ut verum sit axioma philosophorum, sufficiens(?) est
de completivo, quando ergo generatur forma cadaveris,
licet non corrumpatur forma hominis, tamen corrumpitur forma

R. 2° quando generatur forma cadaveris, potest etiam dici quod
aliquo modo corrumpatur forma hominis, non quidem in se
et simpliciter, sed secundum quid et in esse animae. Eodem
modo dicendum de forma embrionis quae corrumpitur
et tamen non generatur forma hominis secundum se, generatur tamen
in esse animae.

R. 3° ad solvendas similes obiectiones potest dici axioma
philosophorum verificari ut plurimum, immo semper in genere na-
turali(?); licet non semper in genere universali(?), quam res-
ponsionem afferunt ii qui ponunt formas rationales(?)
de quibus non agimus hoc loco.

Obiicies 2°: generatio unius consequenter est corruptio alterius,
sed non e contra, nam generatio unius causat corruptionem
alterius, sed corruptio unius non causat generationem illius, ergo
generatio est causaliter corruptio alterius, et non e contra.

Corruptio unius non est causaliter generatio(?) [margin]

Solvitur(?) quia ad generationem pertinet, quia ignis causalis est forma(?),
quia generat ignem, ideo corrumpit lignum, et haec

alia

alia, ideo non corrumpitur in hoc instanti forma ligni
quia in hoc instanti generatur forma ignis in ea ratione,
quod generatio unius est causa corruptionis alterius.
Altera pars eiusdem antecedentis probatur quia corruptio unius
sit causaliter generatio alterius, quia quae non possunt duo esse
sibi invicem causa in eodem, sed diverso genere causae, cum
ergo generatio ut probavi sit causa corruptionis, non potest corruptio
causare generationem ut videtur quod diximus in Physicis de mutua causalitate.
Quaeres si generatio est causa corruptionis, in quo genere causae illam
causet.
Respondeo corruptio potest comparari tripliciter, primo cum generante, 2°
cum ipsa actione generativa, 3° cum forma genita.
Si comparetur cum generante, dico corruptionem ab illo
pendere per modum tanquam a causa efficiente, non quidem
proprie ille qui generat ignem, aliquid positivum pro-
ducat [illegible] corruptio, sed quia generans producit
formam ignis et consequenter corrumpit formam ligni.
Si vero corruptio comparetur ad ipsam actionem generativam,
dico ab illa pendere tanquam a causalitate efficientis.
Tandem si comparetur forma corrupta cum forma genita
debet dici formam corruptam esse a forma genita tan-
quam a causa formali, nam eo ipso quod forma ignis
[illegible] materiae informata forma ligni [illegible] incompossibilita-
tem expellit formam ligni.
Quaeres 2° quare corruptio non possit dici actio positiva.
Respondeo ea ratione, quia actio positiva semper habet terminum
positivum, sed terminus corruptionis non est quid positivum,
cum sit non forma, ergo nec potest dici quod ipsa corruptio sit
actio positiva.
Dices generatio praedicatur in recto de corruptione, dicitur generatio unius
est

Corruptio non potest dici actio positiva?

est corruptio alterius, ergo generatio identificatur cum corruptione, quia quod praedicatur in recto de aliquo, cum sit praedicatio essentialis, identificatur cum illo, ergo sicut generatio est actio positiva ita etiam corruptio.

R. praedicatum in recto non semper significat identitatem cum subiecto, cum possit aliquando significare causalitatem, sicut cum dicimus eclipsis est interpositio terrae, est enim praedicatio causalis, quia praedicatum est causa subiecti, significat enim quod interpositio terrae est causa eclipsis, similiter etiam in casu nostro, dum dicitur generatio unius est corruptio alterius, generatio est corruptio, aliquando enim significatur praedicatio [illegible] significare simultatem, videlicet generatio fit, generatio est simul cum corruptione.

Dices corruptio est transitus rei, ergo est terminus realis, probatur consequentia, quia transitus quando terminatur ad aliquid terminatur realiter.

R. corruptionem non esse transitum proprie, sed improprie significative, vel ut etiam concedimus corruptionem transitum de esse ad non esse, quare negatur consequentia. Ad probationem dico transitum non dici realiter tantum, nisi transire ratione corruptionis, sed ratione termini a quo transit qui est positivus.

Quaeritur 3: an corruptio sit prior, vel posterior generatione.

Corruptio est posterior generatione. — R. est posterior non quidem tempore, sed natura, nam in eodem instanti reali est generatio formae novae, et corruptio formae antiquae, si enim in aliquo instanti temporis praecederet generatio ignis corruptionem ligni, essent simul duae formae substantiales ignis et ligni.

Dico 2º posse dici quod in aliquo genere causae sit prior generatio, et in alio genere sit prior corruptio, sicut v.g. ingressus aeris in cubiculum in uno genere est prior apertione fenestrae, quia ipse ventus aperit, et in alio genere apertio fenestrae est prior ingressu venti, non enim intraret ventus, nisi aperta esset

esse fenestra; quod tamen contra potest dici quod
quando in aliquo genere sit prior corruptione, et e contra
contra in alio genere prior sit generatio.

R°. neg. ant. [illegible] intrinsecum est prior apertura fe-
nestrae, cum fenestram non aperiat ingressus venti, sed
impulsus venti ad ipsam fenestram; quare in ista re ta-
lis servatur ordo, praecedit impulsus venti ad fenestram, se-
quitur apertio et tandem ingressus venti in cubiculum.

Dices remotio impedimenti prior est causalitate qua agens ali-
quid causat, sed contra forma praecedentis est remotio im-
pedimenti ad formam sequentem, quod in aliquo genere cor-
ruptio unius praecedit generationem alterius.

R°. remotio alicuius impedimenti est prior causalitate causae,
remotio omnis impedimenti neg. et ratio est quia aliqua sunt
impedimenta quae ipsa met causalitate ponit, aufert autem
neq. est necesse ut auferantur antea, sicut in casu nostro
non est necesse quod ipsa met forma auferatur ante generationem
cum bene possit tolli per ipsam generationem.

Quaestio 9a

De Corruptione viventium et eius causis

Cum dei ipsa corruptio viventium probatur experientia, qua
videmus corrumpi plantas, feras, homines, et eis corruptis
apparet post decessum materia alterata. Est mutatio ex toto viventis
in non viventem, sed eadem corrupi [illegible].

Corruptio viventium est mutatio &c.

Ut autem explicetur causa huius corruptionis &c.
sciendum primum est ad vitam conservandam requiri organa
quaedam, et partium commixtionem et quorum defectu vita periit
se-

sequitur corruptio, et mors viventis ut v.g. ex separatio-
ne cordis, vel ex destructione alicuius alterius organi requi-
siti ad vitam. 2° ad conservandam et faciendam unionem
animae cum corpore requiritur temperamentum quoddam
primarum qualitatum i. caloris, frigoris, humiditatis et sic-
citatis, unde ex intemperie istarum qualitatum sequitur cor-
ruptio viventis.

Secundum 2° organa vel temperiem qualitatum dissolvi
vel ab intrinseco, vel ab extrinseco agente, cum n. extra ipsum
vivens sint multa agentia quae possunt agere in ipsum
vivens, dici pot. ab huiusmodi extrinsecis vivens corrumpi.
Rursus quia in ipso vivente sunt alia intrinseca, nempe ipsae
qualitates quae cum sint contraria pugnando inter se dissolvunt
illam temperiem requisitam ad vitam, ideo pot. dici quod vi-
vens corrumpatur etiam a principiis intrinsecis, licet hoc ne-
getur a nonnullis Medicis.

Vivens pot. corrumpi ab extrinseco

Quo igitur est vivens saepe corrumpi ab extrinseco.
Pro 1°, quia aeris imperfectio, et inordinationes saepe nos occi-
dit, sed haec omnia sunt extrinseca ergo corruptio saepe est ab
extrinseco. Pro 2° aer, cum ab externis qualitatibus infectus
per respirationem in pectora trahitur, huiusmodi novis qualitatibus
perturbat temperiem illam qualitatum debitam viventi, et per con-
sequens causat corruptionem. Nobis enim ad hoc ut dent alimentum
viventi, debent corrumpi et converti in substantiam aliti, ac pro-
inde suis qualitatibus pugnant cum qualitatibus ipsius viventis
a quibus licet in statu [illegible] vincantur, sed cum omne agens
agendo repatiatur, sequitur aliquid qualitatis ipsius alimenti
praevalet in qualitatem viventis, atque ita paulatim continuo
alimento temperies viventis dissolvitur, praecipue in provecta ae-
tate, quando fere plus agunt qualitates alimenti quam na-
turae:

ratione a vivente. Arg. ex his habet contrario viven-
tis passio tam ab extrinseco ut inserit misceri motum cu-
oppositam quam conveniret ei a se ipso, ubi ab ipso.

Dico 2° corruptionem viventis etiam esse a principio intrinseco.

Como pot. erit [illegible]

Pr° viven. constat ex partibus etherogeneis, saltem accidentalibus;
v.g. ex cerebro humido, et corde calido, q. hinc habent
ab qualitatibus praedominantibus in una parte agentes in oppositas
qualitates in alia parte, et sic tollunt temperamentum qua-
litatum necessarium ad conservandam vitam.

Obj. ergo natura dedit viventi vires ordinatas ad ipsius corruptionem.

R° dist. cons. natura dedit viventi agenti ad sui destructionem
primario et per se neg. 2ario et veluti per accidens et ex consequenti
quadam necessitate conc.

Nota forma viventis talis est, ut ad sui conservationem in
diversis partibus petit diversas et contrarias exigat dispo-
sitiones, quarum ipsae dispositiones inter se contrariantur
atq. agant in mutuam perniciem, ex necessaria quadam
consequentia fit ut qualitates quas natura primario dat ad conservan-
dam vitam perniciem per accidens ad eorum illius, quod
nullum est absurdum, imo ipsi etiam Auctori hoc licuit
facere: natura n. dedit homini ad vivendum non solum
formam sed etiam materiam et in natura sensus appetitum
ad destructionem hominis, cum sensus appetit alias formas
quas non habet, et per consequens appetit 2ario destructionem il-
lius [?] sibi in homine est.

Obst 2° nihil agere pot. in se ipsum actione contraria, ergo a-
gens non pot. corrumpi a principio intrinseco

R° neg. conseq. neg. n. viventis corrumpit se actione propria, sed
una pars etherogenea viventis agit in aliam ac per actionem
qualitatum [illegible] corrumpit subiectum.

Quaer.

Quaeres an homo natura sua sit corruptibilis et mortalis an tm in poena peccati, s. si Adam non peccasset non moreretur cum mors intraverit per peccatum ac per inde homo natura sua est incorruptibilis et immortalis. R.

R° homo natura sua est corruptibilis et mortalis. Probatur illud est corruptibile quod pot ab agente nat corrumpi, sed homo ante peccatum poterat corrumpi, sive ab intrinseco sive ab extrinseco ergo homo natura sua est corruptibilis. Maior patet, et min etiam constat ex supradictis. Verum tamen est quod si Adam non peccasset homo non fuisset mortuus, sed hoc tu non fit quod non fuisset mortalis, quia id hoc contigit non sed speciali Dei cura hoc posse moriendi quod erat in homine non fuisset reducta in actum 2um mortis.

Disputatio 2.a

De Causis Generationis

Quaestio 1.a

De Causa Mat.li, Formali, et Finali Gen.is

Quo ad 1.am partem causa mat.lis sive subiectum inhaesionis est mat.a 1.a

Mat.a 1.a est causa mat.lis gen.is

Pr. quia gen.o realiter loquendo est quidam transitus, seu mutatio de termino a quo ad terminum ad quem, sed subiectum huius mutationis est sola mat.a, nam sola mat.a est illa quae transit ergo subiectum inhaesionis gen.is est ipsa mat.a. Dixi subiectum inhaesionis, nam subiectum denominationis est totum quod de novo generatur illud n. dr. subiectum denominationis, quod denominatur generatum, sed hoc est totum, nam ipsum dicimus generari, ergo subiectum denominationis est totum.

Dices si mat.a est subiectum inhaesionis gen.is quare mat.a n. dr. generari?

R.o quia forma non semper tribuit denominationem subiecto cui inhaeret, alioquin frustra distingueremus subiectum inhaesionis, et denominationis in concreto ergo denominat quidem mat.am ut ... et ... est, sed generatio vero denominat totum quod fit, quia ut sic importat terminum gen.is, creatio vero gen.o est vero non denominat id in quo est, sed causam efficientem gen.is nempe ipsum agens, ut patet ex iis quae diximus de actione et passione.

Quo

Quo ad 2.am partem. Causa formalis intrinseca genis cum ex: plicata sit, nam quia sit ea, sive ea formalis definis eo et eius definitio: causa vero formalis extrinseca est forma et unio quae sunt termini ad quem genis.

Causa formalis est forma

Quo ad 3.am partem. Causa finalis genis sive finis duplex est alius extrinsecus, alius intrinsecus. Finis intrinsecus genis principaliter intentus est compositum, sive totum substantiale quod de novo producitur ut colligitur ex 1.o Metaph. cap. 1.o 7.o Metaph. cap. 7.o et ro est quia finis ultimus est com: =positum non autem forma quae ex parte compositum.

Causa finalis est duplex

Probatur Quia ille est finis ultimus genis qui est finis ultimus generantis, sed finis generantis est compositum, ergo finis genis est compositum, et ro mi. quia generans nihil aliud intendit, quam ut assimilet sibi passum, ergo finis generantis est compo: =situm quod simile est sibi generanti, forma vero licet sit etiam finis intrinsecus, sed non est minus principalis, cum for: =ma intendatur in ordine ad compositum.

Finis extrinsecus genis est propagatio speciei et eiusdem per: =petuatio, cum res naturales sint obnoxiae corruptioni, ne: =pereant vero species data est gena ad propagationem, et perpetuitatem ipsarum.

Quaestio 2.a

De Causa efficienti Generationis

Utrum substantia agat immediate, an mediantibus accidentibus.

Sensus quaestionis est an actio generativa immediate oriatur a substantia, an ab accidentibus.

Dico

Sed p.o excepta natura quamlibet substantiam efficere in se proprias naturae proprietates? *[margin: substantia efficit in se suas notas.]*

Pro: primo exemplo experientiae, quando aqua calida se reducit ad suam naturam, semper ad pristinam frigiditatem, et nullum aliud est principium cui tribuenda sit ista reductio, quam ipsa et substantia aquae, ergo substantia aquae est in se immediate activa, et producenda suae proprietatem.

Resp. nonnulli ad hoc rem per occultam qualitatem relictam aquae qua se infrigidat.

Sed contra p.o quia ista qualitas est adeo occulta, unde illam nosti? et gratis ergo illam ponis. 2.o dicit illa qualitas occulta potest infrigidare aquam in qua est, cur non infrigi: debit etiam aliam aquam cui applicetur?

Dicunt quia frigus in alia aqua producit ab alio frigore et non ab occulta illa qualitate.

Sed contra, si frigus aquae infrigidum in suum frigus quia potest infrigidare aliam frigus non infrigidaret; Negandus est etiam iste influxus huius qualitatis occultae propter eandem rationem.

3.o Ista qualitas vel potest intendi et remitti, vel non potest. si p.um quaero quomodo intenditur? non potest assignari a quo intendatur, et remittatur. ergo aqua agit immediate in ipsam qualitatem.

Non potest dici quod illa qualitas intendatur a Deo, p.o quia gratis hoc ponitur. 2.o quia idem potest dici de frigiditate, quod nimirum intendatur a Deo, ergo sol: tanda esset e medio illa occulta qualitas, et ignota.

Si vero dicas illam qualitatem occultam et ignotam non posse intendi nec remitti, contra quia huiusmodi qua: litas esset magis ignota et occulta, cum omnes qua: litates praeter potentias mirabilis sint intensibiles, et re: missibiles.

perceptibilibus, et de per superioribus, sine fundamento fingitur ista nova qualitas, incapax intensionis, et remissionis. Atque ex his patet quamlibet substantiam excepta natura ad intra haec immediate agere producendo suas proprietates.

Substantia non efficit accidentia

Dico 2.° substantiam non efficere immediate accidentia in subiecto a se distincto.

Probatur ex communi sententia Philosophorum, et ipsa experientia videbimus produci accidentia, sine concursu immediato substantiae, ergo substantia non efficit immediate accidentia in subiecto a se distincto. Probatur antecedens, calor qui est in aqua calefacta calefacit manum, ergo producit calorem in alio subiecto quem tamen non efficit immediate substantia, quia nulla est substantia, quae possit concurrere praeter formam aquae, sed forma aquae, ut patet non potest producere calorem, ergo calor qui producitur in manu immediate producitur ab eo calore qui est in aqua calefacta. Sicut igitur calor qui est in aqua calefacta immediate calefacit manum, ita potest etiam dici, quod calor qui est in igne immediate producat calorem in ligno sine alio concursu immediato formae ignis. Ratio autem a priori huius rei est quia effectus commodius efficitur a causa univoca, aut minus aequivoca, quam ab aequivoca, hic enim effectus similior evadit suae causae, sed ita se habet calor producens, respectu caloris producentis, ergo

Quaeres utrum accidens in productione accidentis debeat dici causa principalis, vel instrumentalis.

Respondeo factus dicitur esse causam principalem, nam illa dicenda est causa principalis, quae continet effectum in sua virtute, sed calor continet absque calorem in sua virtute, ergo calor est causa principalis

Probatur

Pr. 2° quia efficiens assimilatur causae principali et non instrumentali, sed calor producens assimilatur calori et non igni, ergo calor in productione caloris non est dicendus causa instrumentalis, sed principalis.

Superest ut videamus an [illegible] immediate producat substantiam.

Sensus autem quaestionis est quid immediate producat substantiam, an substantia, an accidentia, an utraque simul.

Dico 3° a solo accidente non produci substantiam.

Accidens non potest producere substantiam.

Pr. causa efficiens debet in se continere effectum, vel formaliter, vel eminenter, sed accidens neque formaliter neque eminenter continet substantiam, ergo solum accidens non potest producere substantiam. Pr. minor, quia nulla causa imperfectior continet in se effectum perfectiorem, sed accidens est imperfectior substantia, ergo. Maior non indiget probatione, quia nemo dat quod non habet, cum ergo causa efficiens dat esse effectui, debet illum continere in se, vel formaliter, vel eminenter. Confirmatur, quia ut v.g. calor et humiditas non est formaliter cana, neque aliud producens accidens est eminenter substantia, nam causa quae continet effectum eminenter, habet perfectius esse, quam ipse effectus, hoc n. est effectum continere eminenter, habere esse tam perfectum, ut non solum adaequabat perfectioni effectus sed etiam illum superet, unde cum dat esse effectui, dat id quod habet, sed non totum, ut qui habet decem aureos dando tres eminenter [illegible], cum ergo accidens neque eminenter neque formaliter contineat in se substantiam non potest immediate attingere productionem substantiae.

Pr. 2° sed hoc ut aliquid dicatur causa adaequata est pec-

pectu alicuius effectus, debet omnis formalitas quae est in effectu correspondere formalitati quae sit in causa, et ideo in productione actus vitalis specialis vitalitas correspondet potentia vitalis, supernaturalitas correspondet habitus supernaturalis. Tum etiam nulla formalitas quae est in substantia producta correspondeat formalitati quae reperitur in accidente, neutri accidens non potest dici quod se solo attingat productionem substantiae.

Resp. Adversarii substantiam contineri in virtute alicuius substantiae, quae licet non sit immediate activa, est tamen mediate, et est causa principalis quae operatur media potentia accidentali.

Sed contra. Tum quia tota virtus substantiae sit accidens ergo contineri in virtute substantiae erit contineri in virtute accidentis, nam contineri effectum in causa activa nihil aliud est, quam contineri effectum in virtute activa causae, sive in causa esse virtutem agendi talem effectum, sed ex se tota virtus activa substantiae est accidens, ergo continere effectum in virtute substantiae, nihil aliud est, quam contineri in accidente activo. Quomodo ergo potest substantia contineri in virtute accidentis.

Resp. 2° accidens producere substantiam non virtute propria, sed in virtute substantiae.

Sed contra est Scotus, quid est illa virtus? vel est aliquid distinctum ab ipso accidente, vel non. Si primum quaero vel illud distinctum est accidens, vel substantia, si accidens redit difficultas; si substantia ergo sola substantia attingit productionem substantiae. Si dicatur secundum quod scilicet illa virtus non sit aliquid distinctum, ergo accidens per id quod est accidens, i. per se ipsum, licet imperfectius

atti-

attingit id quod perfectius est, nempe substantiam.

Resp. 2.° ipsam virtutem accidentis esse virtutem substantiae, et eo ipso quod accidens agit per propriam entitatem, agit per virtutem substantiae.

Contra, quia non potest intelligi quod aliquid ex se imperfectius operetur aliquid perfectius solo nomine connexionis, nisi aliquid habeat a connexione, sicut v.g. si aliquis pauper faceret sumptus magnificos nomine Principis, certe ad ipsum pauper deberet habere divitias, vel accipere a Principe. Accidentia sunt imperfectiora, et vos dicitis quod nomine vel virtute substantiae producant substantiam, vel ergo accidentia habere debent ex se vires ad producendam substantiam, et hoc non, vel debent accipere a substantia et sic redeunt argumenta supra facta. 2.° accidens esse virtutem substantiae nihil aliud est, quam accidens agere tamquam virtutem accidentis, seu tamquam nomine accidentis, cum dicitur tamen accidens sit virtus substantiae in quantum est accidens illius, nunc ergo redit difficultas. Substantia ergo vos nullam habet virtutem activam nisi accidentalem, quomodo ergo substantia continetur adaequate in virtute accidentali alterius substantiae.

Pon. ultimo substantiam produci a sola substantia, ita ut accidens in genere substantiae solum se habeat dispositive v.g. ignis applicatus ligno producit formam ignis, calor vero nihil aliud facit quam disponere lignum, eductio [illegible] generatio formae ignis est immediate a forma ignis producentis.

Substantia producitur a sola substantia §

Pro 2.° contra, quia si forma accidentalis est immediate productiva sui similis, ut supra vidimus, quare non etiam forma substantialis erit immediate productiva alterius formae

mae

materiae potentialis.

Pr. 2° quia ex Ph[ilosoph]o 2° Phys. cap. 7° tribuitur formae triplex causalitas, formalis, finalis, et efficiens; ergo sicut 1a et 2a causalitas proprie convenit formae, ita etiam 3a. Rursus idem Ph[ilosoph]us 2° de gen[eratione] textu 54° et 55° reprehendens eos qui negabant formis efficientiam, inquit, sive accidit quod facultates per quas res gignuntur varia instrumentorum corporis attingunt, atque ipsa etiam causam quae ad formam pertinet [illegible].

Conf[irmatur] quia nulla est repugnantia, neque ullum absurdum si dicatur [illegible] per suam propriam efficientiam: et sicut communiter [illegible], causas 2as habere vim efficiendi quia spectat ad perfectionem creaturae quod habeant virtutem se communicandi, [illegible] rationis ac consentaneum est, ergo idem dici potest de formis potentialibus.

Pr. ult. quia potentia est activa, et habet aequalem [illegible] cum effectu producto, quam non habet accidens ergo debet dici quod in productione potentia immediate concurrat ipsa non autem accidens, quod ut imperfectius solum se habet ut dispositivum.

~~Obiectio 3° nullum agens producere aliquid in distans, quin aliquid producat in medio v.g. ignis non produceret ignem in ligno distanti, quin producat calorem in aere intermedio nec sol producit metalla in terrae visceribus quin aliquid producat in medio scilicet calorem lucem et haec contra [illegible] experientia et ex [illegible] dicendo p°~~

~~Ex his haec colligitur in quo sensu explicandi sunt aliqui Philosophi cum Ph[ilosoph]o asserentes nullum agens naturale agere in distans, quia nec agens naturale nunquam agit in distans~~

quia

quin producat etiam aliquid in medio, cons. cuius connectio aeque cohaeret cum tanta distantia, quamvis mediante non sit ad quod ut non producat aequè in distans, ut producat in medio formam similem illi quam produxit in termino.

Ob.^[2] contra p. concedentem aqua calefacta semper habet aliquem gradum frigoris q. producendo frigoris in aqua calefacta producente ad huius statum non potest tendi tanquam in causam producentem in illum gradum frigoris, et non in ipsam formam aquae.

R.^o conc. ant. et neg. conseq., nam si gradus sint [illegible] ille p.^us gradus frigoris qui remanet in aqua calefacta producente ad huius statum potest tendi tanquam in causam producentem in illum gradum frigoris, et non in ipsam formam aquae.

Ob.^[3] contra p.^{am} solutionem, aqua calefacta semper habet aliquem gradum frigoris, q.^o producendo frigoris in aqua calefacta producente ad huius statum potest tendi tanquam in causam producentem in illum gradum frigoris, et non in ipsam formam aquae.

R.^o conc. ant. neg. conseq., nam si gradus sint etherogenei, ille p.^us gradus frigoris qui remanet in aqua calefacta non potest producere 2.um cum sit perfectior, si vero sint gradus homogenei adhuc ille gradus frigoris, ut suo loco videbimus non

nonē pot producere in aqua aliquos gradus frigoris, nam agens non agit quando habet passum sibi similem, cum ergo aqua frigoras similes semper frigida at anima non potest p.us gradus frigoris agere in aqua, sed de hoc redibis infra fe

Obj. 2a si subst. pot immediate producere accidens in se ipsa, ergo poterit etiam producere accidentia in subo distincto a se.

R. neg. conseq. et ro disparitatis est, quia in p.o casu nulla est ro producentia talium accidentium nisi sola forma substantialis dr producere in se illa accidentia. At vero in isto casu cum possit assignari aliam causam producentiam accidentium, nempe ipsa accidentia ideo dicimus accidentia producere accidentia in subiectum [illegible]. 2o quia effectus melius reducendus est in causam univocam quam aequivocam. Cum ergo in productione caloris, vel frigoris in subiecto distincto assignari possit causa univoca, nempe calor, vel frigus, ideo dicimus accidentia quando producuntur in subo distincto produci ab ipsis accidentibus.

Accidentia sunt vera causa §

Obj. 3o Videmus omnem substantiam agere mediis potentiis accidentalibus ergo substantia ex se non est immediate activa. Cui objectioni hic breviter.

R. neg. conseq. substantia n. agit mediis potentiis accidentalibus, quia indiget tali dispositione.

Obj. 4 quando semen comburit stuppam, tunc sola accidentia ignis producunt formam ignis, ergo accidentia immediate producunt substantiam.

R. quando semen comburit stuppam, particulae i-

gneæ

quod inclusa in poris ferri ardentis comburunt stuppam, quia non accidens ignis, sed ipsa substantia ignis producit ignem. Quod sint inclusa illa particulae ignis in poris ferri patet, quia videmus ferrum ipsum flammescere.

Obj. Aristoteles lib. de sensu, et sensibili cap. 4.° ait ignem, non quatenus ignem et terram, non quatenus terram agere, sed quatenus est in eis contrarietas, quia ergo substantiae elementorum non agunt immediate sed mediantibus qualitatibus contrariis. Quod fuit obiectioni ipse breviter.

Ignis non agit quatenus ignis

R.° Ita potest explicari Aristoteles, nimirum ignem non disponere lignum quatenus ignem, sed quatenus calidum, et ut calefaciat ignem non calefacere nisi quatenus calidum, quod etiam nos concedimus. Per hoc tamen non fit quod ignis quatenus ignis non producat ignem.

Obj. Videmus interdum ignem generari ex reflexione radiorum Solis v.g. ex radiis per phialam aqua plenam traiectis, vel attritione corporum, his in casibus nihil aliud concurrit ad productionem ignis praeter calorem, et siccitatem quae resultat ex reflexione radiorum, vel attritione corporum, cum nulla alia possit assignari substantia quae immediate concurrat, quia sola accidentia possunt immediate producere substantiam.

R.° in utroque casu posse dici, quod concurrat ad productionem ignis vel Solem.

Dices. Sol tanto intervallo distans, sine ullo contactu non potest producere ignem immediate, aliquin ageret in distans.

R.º neg. ans. ut videbimus quaest. seq.
Ob. 3.º quando producunt metalla nulla est substantialis causa efficiens quae immediate concurrat, g.º metalla producunt à solis accidentibus. P.r ans quia formae substantiales à quibus fiunt haec metalla non erant quando producitur forma mixti, quia alioquin duae formae substantiales essent in eadem materia. 2.º cum producuntur herbae et plantae ex seminibus, nulla est causa substantialis efficiens. 3.º cum producuntur ranae ex pulvere, neq. pot. assignari substantia, quae agat immediate, g.º sola accidentia in virtute substantiae producunt aliam substantiam.
R.º ad p.am ad metalla concurrere solem, et coelum.
Ad 2.am ad plantas et herbas quae nascuntur ex seminibus ut ut virtutis concurrere etiam solem et astra, licet n. aliquem gradum viventis plantae sint perfectiores quam coelum quod non vivit, considerat. tn. omnibus coelum praestat plantis, quis n. dicat rapam esse nobiliorem coelo. Rent alii plantas quando producunt à solo semine, produci à solo Deo in genere causae efficientis, et in tali casu substantia illa producta nullam habet efficientem causam creatam. Vidi planta quando à solo semine producuntur, nam saepius una planta producit aliam.
Ad 3.am in productione animalium quae nascuntur ex putri recurrendum etiam est ad auctorem naturae, neq. mirum hoc esse debet, nam cum nulla causa 2.a efficiens valeat efficere:
re:

tum homo attingat, cum sola accidentia, et substantiae non possint attingere productionem substantiae, sed defectus effectus producti pro causa, recurrendum est ad Deum qui ut factor naturae supplet omnes defectus naturae

Obj. Non posset salvari quomodo homo generet hominem, nisi dicamus accidentia seminis attingere unionem animae cum corpore.

R. Generatio hominis bene salvatur per concursum activum partis ut videbimus, unde non est necessitas dicendi accidentia seminis producere unionem substantialem.

Dices, ergo pater non erit Pater

R. neg. conseq. ad denominandum patrem sufficit dispositio activa per semen praestitanda, sicut in sententia . . . femina vere est mater, licet per illam non concurrat activus, ergo pari ratione pater dicetur Pater, licet immediate non attingat unionem animae cum corpore: Imo homo mortuus dicitur generare, quia concurrit eius semen, cum tamen constet hominem mortuum non generare, neque in rigore esse Patrem.

Accidentia non attingunt unionem

Quaestio 3.a

An Agens immediate possit agere in distans

Inter coeteras conditiones requisitas ad agendum est contactus, seu propinquitas causae et effectus agentis et passi: Sicut ex Philosopho, illa dicuntur se tangere quae habent extrema simul. Multiplex autem est di

Contactus divisiones 4.

Divisio contactus.

1° dividitur in formalem, et virtualem. Contactus formalis est cum duo corpora habent extrema simul, hoc est nihil extraneum mediat inter illa. Contactus virtualis est cum aliquid habet applicatam alteri suam virtutem.

2° Contactus formalis subdividitur in Mathematicum, et Phisicum. Mathematicus ille est qui convenit corporibus mathematicis, nempe prout corpora illa possunt invicem agere et pati, prout non. Contactus Phisicus est inter corpora phisice considerata.

3° formalis contactus Phisicus dividitur in mediatum, et immediatum. Immediatus est cum duo se tangunt nullo corpore intermedio. Mediatus est cum aliud corpus medium est, tamen etiam potest aliquando dici illa corpora se tangere.

4° Contactus formalis, phisicus, immediatus de quo hic est, alius dicitur immediatus immediatione suppositi, alius immediatione virtutis. Contactus immediatus immediatione suppositi ille est cum nihil mediat inter suppositum agens et passum. Contactus immediatus immediatione virtutis est cum virtus agentis non distat a passo, sed transfunditur immediate usque ad passum, licet utriusque suppositum s. agens et passum distent. His Notatis.

Quaestio est an ad actionem Phisicam requiratur contactus formalis Phisicus immediatus, immediatione virtutis, certum enim est non requiri contactum immediatum immediatione suppositi, ut patet experientia in magnete qui trahit ferrum ad se et tamen distat a ferro.

Scotus pro 1a sententia negat necessarium esse huiusmodi contactum, ut probat multis experientiis, de quibus infra.

2a sententia S. Thomae 1a parte art. 2° quaest. 8a, et 3° contra gentes cap. 68° ait actionem requiri contactum

pam immediatam, immediatam virtutis. Prob. ex Arist. [illegible]
de Gener. textu 27. Si quis, inquit, ipse de ipso fa-
ceret et pati, et de mistione dicendum sit, necesse est
etiam de tactu, nam ea facere [illegible], et pati proprie non
sunt quando non est possibile se tangere, nam nec con-
gerit se invicem aliquo [illegible] contingit [illegible]

Prob. 2. quia agens creatum non potest immediate exercere distans
quin aliquid agat in medium. Ergo requiritur con-
tactus immediatus virtutis.

Agens non potest agere in distans [illegible]

Prob. 3. quando non sit inter agens et passum aliquid
quod impediat applicationem contactum virtutis, nulla
requiritur actio; [illegible] Prob. quia si inter solem et
nos interponatur corpus aliquod opacum, et impe-
tum, ita ut non possit transparere ad illu-
minandum, requiritur illuminatio, quod si non sit con-
tactus immediatus virtutis inter agens et passum non
requireretur actio.

Prob. 2. ex modo agendi naturae causarum, nam ut [illegible]
qualitates activae agant uniformiter difformiter,
unde quo magis quis accedit ad ignem, eo plus sentit
caloris, et e contra, quo magis recedit ab igne,
semper sentit minus caloris.

Prob. quod habent qualitates illas prius agere in pa-
tiens proximum, quam in remotum.

Prob. 3. Non requiritur inter agens et passum contactus
virtutis productivae, in medio eiusdem formae
quam producit in termino, unde non requiritur
ut agens producat in medio simile illi quod
producit in termino.

Prob. ex experientia, ignis producit ignem in ligno, non
pro-

producens ignem in aere, quod inter agens et
passum acquirit contactus virtutis productivae in
medio eiusdem formae, quam producit in ter-
mino.

Pr. 2° in genere substantiae ad quam concurrit sola
substantia materiae non potitur eam formam, sed
illam tangit in aliquas superficies, et sic concur-
rit immediate ad producendam animam, vel il-
lius unionem, quod agens non potest operari aliquid in
termino distanti quin non operetur in medio. Atque ex
his habemus solutio difficultatis propositae quaestionis
superioris, quomodo sol, ad [illegible] possit concur-
rere ad productionem metallorum, et tamen non di-
catur agens in distans.

Agens producit aliquid in medio

Pr. 3° nullum agens producere aliquid in distans,
quin aliquid producat in medio, v.g. ignis non pro-
ducit ignem in ligno distanti, quin producat ca-
lorem in aere intermedio, neque sol producit me-
talla in terrae visceribus, quin aliquid producat
in medio scilicet calorem, lumen etc.
Hoc enim patet experientia, et suppositis in di-
cendo primo.

Atque hinc colliges in quo sensu explicandi sunt ali-
qui Peripatetici, cum Arist. asserentes nullum agens
posse agere in distans, quia vere agens potest nunquam
agere in distans, quin producat etiam aliquid in medio
ratione cuius connectitur agens virtualiter cum passo dis-
tanti, quamvis necesse non sit ad hoc ut non dicatur
agere in distans, ut producat in medio formam simi-
lem illi quam producit in termino.

Obj.

Obs. 1° multa sunt experientia quib. vr dari actionem in distans, ita ut nihil omnino producat in medio, q° dat. actio in distans. Pr. cas.

1° piscis qui dr torpedo obstupefacit brachium piscatoris nihil producendo in arundine vel filo, ut docet Fracast. lib. de Simp. cap. 8°

2° alius piscis qui dr remora detinet navem in medio cursu nihil producendo in intermedio, ita Plin. lib. 32° cap. 2° Sanctus Basilius hom. 7° in Hexam. et in Hexam. S. Ambrosius lib. 5° cap. 10°

3° Basiliscus solo occidit ~~[illegible]~~ intuitu

4° Galgulus avis sanat ictericum oculis a se distantes, ita Plin. lib. 13° cap. 11°

5° Aranea Apulia suo veneno et morsu infectos homines [illegible] cogit, quandiu durat vita [illegible] araneae

6° ~~[illegible]~~ [illegible] qui [illegible] in Calabria reficiunt si reficiant ex carne [illegible] comedunt bene quando comedit, et deinde vivere ille ex cuius carne facti fuerunt.

7° Homo oscitans provocat alios distantes ad oscitandum.

8° Lupus hominem p. intuens causat in illo raucedinem.

9° Qui lippos habent oculos simili morbo afficiunt quos aspiciunt.

10° [illegible] obstupefacit ceteros solo intuitu fascinant.

11° Cadavera occisorum ad praesentiam occisoris iterum emittunt sanguinem.

12° Appetitus matris imprimit in foetu maculas et signa rei appetitae. Ex quib. patet ad actionem non requiri contactum.

R. ad 1um torpedinem piscem non solum obstupefacere piscatorem sed etiam ceteros pisces, nam torpedo se[illegible]

abscondit in arena, et obstupefacit pisces, et hic
illos devorat, ut ait Arist. de Hist. anim. cap. 37°
et Plin. lib. 9. de nat. hist. cap. 32°. Ista autem
obstupefactio fit a torpedine producendo aliquam qua:
litatem nocivam in medio, vel emittendo quidam vaporem qui oppri:
mit spiritus vitales requisitos in animali ad motum, quod non
fit actio in distans, ut [illegible] Scali:
ger Exerc. 128ª de quodam pisce qui vocat. febris
eo quod febrim causet in illo qui illum tangit, et tan:
tus diuturnus febrim [illegible] sicut ergo iste piscis
tangendo causat febrim, ita torpedo per aliquem con:
tactum virtualem facit torporem in membris.
Ad 2am de Remora dicunt multi piscem illum nunquam
comprehendere tabulam ei a natura sibi datam, ut illam
possit detinere. Addit Accessorius non tam detineri
navim quam trahi a pisce ad se. affert ipse exem:
plum illorum montium a quibus pro magna copia magnetis
naves propter ferrum in illis existens attrahuntur.
Utraque responsio probat non esse actionem in distans.
Ad 3am de Basilisco v. id potius fieri per emissionem pes:
tiferae qualitatis ab oculis. simile quid refert Arist.
de somniis cap. 2° de mulieribus menstruatis sanguineis ma:
culis inficere speculum quod inspiciunt, quia scilicet ex
oculis talium foeminarum evaporat spiritus ille seu vapor
sanguineus, qui per aerem volans ut facilius ad speculum
speculo quam aliis ita speculum inficit non aerem.
Ad 4am de Galgulo, dico id fieri per emissionem a se et
immissionem in alios bonae qualitatis, ita ut per Gal:
gulus oculos sanare, sicut e contra basiliscus per emissio:
onem malae qualitatis occidit.

Ad

Ad 5.um de araneis in Apulia v.o fabulam esse, tum
quia nobis experientiâ visû est fieri, et internosci
araneus ille qui momordit, tum quia causa potest con:
tingere ut simul homo [illegible] sit sanus, et araneus
sit mortuus.
Ad 6.um de Nato, potest dici id contingere propter idem
temperamentum et complexionem quâ regnabat in corpore
illius [illegible], et in corpore illo unde desumpta est:
hinc q. fit ut eodem tempore utrumq. commutatur, vel quia
caro nati aliquid [illegible] ex complexione [illegible],
vel quia cum in utroq. corpore sit similis complexio qua:
litatum activarum, quamprimum in utroq. excedit [illegible]
qualitatum, et simul ad [illegible] veniunt.
Ad 7.um de oscitantibus, dico contingere id accidere [illegible]
solum quando [illegible] est otiosa, quo tempore facile ex:
citatur [illegible] ad oscitandum [illegible]. Potest etiam dici ab
oscitante transmitti quosdam vapores graves et molestos
natos, quos nato per oscitationem conatur a se repellere.
Ad 8.um de Lupo negat Scaliger id esse verum. [illegible]
tn illa reddi ro, quod is incidens ex improviso in lu:
pum conicit [illegible] oculos in ipsum, et oculos illos
[illegible] vehementer timet, [illegible] causat [illegible] et
inducit raucedinem. Vel potest dici per [illegible] mala
qualitate causari illam raucedinem. Haec eadem mala
qualitas est causa quae facit obmutescere [illegible] equorum
[illegible] lupi [illegible] sequuntur. Propter eandem cau:
sam lupi cauda in praesepio suspensa impedit equos et
boves ne comedant. Et lupi caput in columbarijs positum
arcet noxia animalia a columbis, [illegible] di:
camus ipso aspectu capitis lupini terreri animalia.

Ad

Ad 9.um de lippientibus Aristoteles qui hoc refert sect. 7.a problem. affert duas causas. 1.a est quia ab oculo lippo spiritus aliquis egreditur qui ipsumque oculum inficit, cur autem potius inficiat oculum quam genas, vel est propter similitudinem oculorum, vel quia oculus est pars [illegible] est facile alterabilis, unde est ut facilius inficiatur quam ceteram [illegible]. Altera causa quod [illegible] ab Aristotele est mirabilitas ipsius oculi qui facillime perturbatur ab [illegible] et [illegible] sibi

Ad 10.um de fascinatione quam admittit Aristoteles sect. 2.a problem. resp. S. Thomas quando talis fascinatio non fit per incantationem et ope daemonum, fieri per emissionem noxiae qualitatis ex tota facie, et praesertim ex oculis. Solet n. nonnullis vel ex innato, vel acquisito temperamento corporis venenum quoddam inesse, quo corpora alios inficere &. Scribit Plin. lib. 7. cap. 2. et lib. 33. cap. 10. in Africa fuisse certas quasdam familias in quibus singuli vim habebant fascinandi.

Ad 11.um de cadaveribus resp. Landinus, id [illegible] acquirendo accidere miraculo, et eiusmodi occisionis manifestandae. Resp. 2.o Delrius id naturaliter posse accidere ex antipathia in ipso cadavere relicta: quod sic ita explicant. qualitas aliqua genita fuit in moriente ante quam moreretur ex odio vulnerantis: remansit ea qualitas etiam post mortem aliquamdiu in membris [illegible] quod cadaver ob antipathiam, et contrarietatem cum alia qualitate eiusmodi ob occisorem excitatae, emittit denovo sanguinem de vulneribus, sed facilior est quae responsio.

Ad ult.um resp. Fracastorius et Delrius id oriri ex eo quia excitatur ob inspicationem appetitus qui facit in par-

partis ubi deficit illud quod appetit: sugens aliquid aliud, ut patet in planta, oriuntur ... solam dum ... aliquem appetimus. Et ea ratione quamlibet quam sugens appetit sit aliqua mutatio in sanguine per quam nutritur foetus, vel etiam in principio generationis unde etiam conveniunt signa illa, cum s. foetus sit tenerrimus et maxime pendeat a matre, quamlibet illius mutationem facile percipit. Simile est quod hac super re refert Cardanus lib. 2° de subtilitate, cum duae mulieres quarum altera erat gravida colloquerentur simul, accidit certo alia et collapsa ... capita, ex quo gravida mulier foetum concepit ... ut illum ... in foetu ... duas ... in fronte usque ad ... Avicenna lib. 9° de Animalibus refert natum filium nigrum ex progenitoribus albis, eo quod mater saepe aspiceret picturam quamdam nigram.

Obs.^es 2° magnes trahit ferrum a se distans, ergo datur actio in distans.

2° fulmen comburit remota et non proxima, ut cum illaeso vase absumit vinum.

3° ignis calefacit in lebete aquam superiorem et aquam inferiorem quando relinquit frigidam, vel minus calidam. Rursus si in corda vel vase sonat aliquid ... ignis ... comburit ... integram relinquat ... vel linteum.

4° si dentur duae cytharae in eodem cubiculo bene concordatae, et una sonat e regione alterius, pulsata chorda unius citharae sonat etiam chorda alterius concordis.

5° chordae lupinae si iungantur chordis ovinis dissiliunt.

Tandem pulicea a ... movetur in distans.

q.o dab. actio in distans.

R.o ad pr.um magnes trahit ferrum per qualitatem trans-
missam patet hoc, quia [illegible] actio intercidit si
inter magnetem et ferrum interponatur [illegible]
[illegible] dicitur de [illegible] [illegible]

Ad 2.um ad fulmina v.o quia fulmen est exalatio valde
tenuis et subtilis, nec [illegible] adhaerescit, unde si fulmen
incurrat in aliquod valde porosum, [illegible] transit, nec
comburit, quia non pot. adhaerere, si vero [illegible] ob
[illegible] densitatem in aliquod densum, illud comburit, atq.
hinc fit quod aliquando comburit gladium, [illegible] vagina
illa [illegible] non [illegible], unde illi non adhaeret exalatio. 2.o
pot. dici fulmen per aliquod exiguum foramen penetrasse
in dolium et vinum absumptum relicto dolio integro

Ad 3.um de lebete, quod refert et approbat [illegible] v.o [illegible]
[illegible] quando aqua incipit calefieri in lebete
ign.e supposito totus calor est in fundo, quia ad aquae
frigiditatem prohibetur ascendere, sed paulatim [illegible]
[illegible] vincit aquae frigiditatem, et ascendens fundum le-
betis frigidum relinquit, ita [illegible] in prob. [illegible] ita
sunt intelligendae exalationes calidae excitatae ab igne sup-
posito in principio per frigus aquae [illegible], et eius-
dem densitatem non ascendere ad partes superiores aquae, [illegible]
[illegible] remanentes in fundo, maxime calidum fundum effi-
ciunt, in decursu vero calefactionis aqua [illegible], et in-
calescit, atq. ita exalationes illae [illegible] [illegible] et ca-
lidae nullo [illegible] ascendunt, et deserunt fundum le-
betis, unde illud minus calidus apparet. Simili modo solvunt.
alia de papiro, et [illegible]. Nam illa [illegible] supra
cartam [illegible] [illegible] combusta ipsa carta, quia par-

partes humidiores ipsius mixti pertendant in ipsa cor-
ta, illamque humectant et defendunt a calore extrinseco,
partes vero subtiliores illius mixti accenduntur, quia faci-
lius calefiunt, ac tandem dissipantur. Deinde [illegible] pro-
ducit calor in mixto prius combustionem, quam producatur et-
iam in ipsa corta, quia in corta statim comprimitur ab
illa humiditate [illegible] unde non sequitur combustio cortae.

Ad 4um de chordis [illegible] cum [illegible] id contingere, quia
chordae unisonae si tonus [illegible] [illegible] eademque ha-
beant dispositiones facile recipiunt easdem commotiones aeris
commotiones, quare aer commotus movet alteram chordam
unisonam.

Ad ultimum de proiiciente, fortes dicunt proiecta moveri ab aere,
alii a virtute aliqua impressa ab ipso proiiciente. Ut
cumque sit non datur actio in distans. Et ad id quod dixi-
mus de chordis lapideis [illegible] cum [illegible], [illegible] hoc
esse fabulam vel certe quod chordae lapideae transmit-
tant qualitatem aliquam noxiam quae faciat illum ef-
fectum.

Obiicies: ignis producit ignem in ligno distanti, imo sol pro-
ducit metalla in visceribus terrae, ergo datur actio in
distans.

R. neg. conseq. quia ignis quando producit ignem in ligno
distanti, et sol quando producit metalla in visceribus
terrae etiam producit aliquid aliud in medio, ac
proinde non datur actio in distans. Sed ad hoc melius
explicandum attendenda est alia quaestio an agens im-
mediate agat in totam suam sphaeram activitatis.

Quaest=

Quaestio 4a

An Agens immediate agat in totam suam sphaeram activitatis

Sphaera activitatis est totum illud spatium intra cuius fines pot agens nat. extendere suam actionem. Patet ex experientia agens nat. pot. certos quosdam limites ultra quos non extendit suam actionem, v.g. ignis necessario calefacit et ignefacit ad decem, vel plures passus in sphaeram, et ulterius non pot calefacere, nec ignefacere propter suam finitam virtutem. Illa ergo dr sphaera activitatis. Quaeritur ergo, an agens immediate agat in totam suam sphaeram activitatis, v.g. an calor ignis immediate producat calorem in decem, vel plures illos passus, ad quos calor extenditur; an vero solum agat immediate in partem proximam suae sphaerae quae est in primum palmum, in alias vero partes suae sphaerae non agat immediate, sed mediate i. mediante calore a se producto in primo palmo, vel in prima parte suae sphaerae.

Agens agit immediate in totam sphaeram.

Dico est agens immediate agere in totam suam sphaeram activitatis. Pr. experientia, nam si quis aperiat os alicuius fornacis ardentis, statim in recta linea calefiunt tres vel quatuor cubiti aeris ambientis, qui calor producitur ab ipso calore ignis, nam si calor ignis solum produceret calorem in primo cubito aeris, et calor productus in eo cubito aeris produceret calorem in sequenti, et sic deinceps quia si quis manum apponat in 2o cubito, aut 3o aeris aperto ore fornacis, maiorem profecto sentit calorem,

quam

quam ... calefaciat os fornacis, quod tamen non accideret
si calor ignis non produceret immediate calorem in 3°
cubito aeris, sed illum produceret calor productus in 2°
cubito, cum sic pertranseret, saltem ad aliquod tempus et-
iam cubito ore fornacis. Sed in ipso cubito ore fornacis
non sentiatur calor adeo vehemens, signum est quod [illegible]
ore fornacis ille calor vehemens immediate producatur
a calore ignis, quod agens agit immediate in totam suam
sphaeram activitatis.

Sed licet haec ita sint, non tamen est negandum quod simul
cum calore ignis agat etiam calor productus in partibus
vicinioribus calefaciendo partes remotiores v.g. calor ignis
non solum producit se solo calorem in tertio palmo aeris
sed etiam producit simul cum calore producto in 1° et 2°
palmo. Et quia calor est agens necessarium, et positis re-
quisitis necessario agit, quod calor productus in 1° palmo aeris
habens sibi applicatum 2um palmum aeris sibi dissimilem
necessario agit in illum producendo ibi calorem iuxta
suam virtutem, eodem sicut in eundem palmum agat calor
qui existit in igne.

Dices. Impedit actio caloris primi palmi in 2um ab actione
caloris existentis in igne, ac proinde solus calor existens in
igne agit, etc.

Sed contra nulla potest afferri ratio cur illi calores qui sunt
in igne, et in 1° palmo aeris non possint integrare unum
agens quod [illegible] actionem [illegible] agat in 2um
palmum etc. Quod videtur experientia [illegible] constare, nam
si detur ignis bipalmaris aeris, certum est quod calor qui
est in 1° palmo ignis et calor qui est in 2° palmo inte-
grant unum agens, quod iunctis viribus agit in proximum
ae-

aeris palmum, ergo non &c.

Ob.a Si calor ignis ageret immediate in totam suam sphaeram activitatis, daretur actio in distans. Pr. seq. ponamus calorem aliquod bipalmare agere in frigidum bipalmare; si agens calidum agit immediate in totam suam sphaeram, ergo primus palmus calidi bipalmaris aget in primum palmum frigidi; sed 2.us palmus calidi non aget in 2.um palmum calidi bipalmaris, quia supponitur ei similis in qualitate et intensione caloris, ergo agit omnino in distans, dum agit in primum palmum frigidi.

R. neg. seq. maioris. Ad prob. neg. ant. consequentiam. Nam, ut detur actio in distans, primus et 2.us palmus calidi bipalmaris non sunt duo agentia per se, cuius actio tendit ad frigidum calefaciendum, unde non datur actio in distans, ad quam requiritur ut agens aliquid producat in distanti nihil producendo in medio; in casu autem nostro 2.us palmus calidi non est medium inter agens et passum, cum sit partialiter agens. 2.o si valeret obiectio, probaret etiam quod 2.us palmus calidi ageret in distans, quia per se [illegible] ergo dixisti agit in frigidum non agendo in 2.am partem quae supponitur aequalis primae in calore et intensione. Sicut ergo hic non sequitur quod agat in distans, ita neg. ibi.

Partialiter agens est medium &c.

Ob. 2.o Si calor in 3.o palmo aeris produceretur non solum a calore existente in igne sed etiam a calore producto in primo palmo, sequeretur quodlibet agens habere sphaeram suae activitatis [illegible], et quasi infinitam, et hoc est quia si calor ignis cum calore producto in primo palmo aeris producit calorem in 2.o palmo, calor productus in 2.o producet in 3.o, et sic deinceps, ergo

R.o

R.° neg. seq.am ad prob. neg. pariter seq. neg. n. bene infertur per hoc quod calor ignis potuit producere calorem in 2.° palmo cum calore existente in 1.° palmo quod potuit etiam producere calorem in infinitis palmis, nam virtus ipsius est limitata, nec pot agere ad quamcumque distantiam, tum quia agendo uniformiter difformiter magis caloris producit in 1.° palmo, minus in 2.° minus in 3.° et sic deinceps, si ergo minor calor est in 3.° palmo, consequenter etiam calor existens in ipso minus poterit producere in 4.am palmum minus in 5.° et sic ac proinde non poterit extrahere ignem extra suam spheram.

Dices calor 1.i palmi producit calorem in 2.° palmo et hic producit calorem in 3.° et calor 3.ii palmi producit in 4.° et sic in infinitum. sic etiam candela producit lumen in 1.° palmo aeris, quod lumen illuminat etiam 2.am palmum et sic in infinitum, ergo vel exiguus calor, vel exiguum lumen se extendere poterit in spatium infinitum, quod videtur absurdum.

R.° calorem non posse se extendere in infinitum et eadem ratio est de lumine, ratio est quia calor ignis ut octo non producit calorem ut octo in 2.° palmo, sed aliquid minus, puta calorem ut septem, et calor ut septem producit ut sex, et sic ulterius. Et ita ut tandem deveniet ad tam exiguum calorem quod vel ex defectu virium, et ex assistentia contrarii negabit producere aliquem calorem, non quia ille calor ex natura sua non sit productivus caloris, sed quia non habet requisita ad agendum, scilicet aliquam virtutem et multitudinem virium. Lumen vero licet non habeat contrarium, tamen quia exiguum est non pot amplius agere.

Dices non pot devenire ad aliquem gradum caloris qui est

et si n. pt. achus, qo. ille gradus penes produceb ali-
quod caloris qui nunquam devenit ad ultimum gradum qua-
tenus pars caloris est divisibilis in partes minores, qui penes
potentis producere partes maiores

Rd. nego antecedens, nam partes, illa n. tota non reducetur in
actum, quia ipsum partium impedit actio, cum aliqua
multitudo partium sit conditio requisita ad agendum.

Quaeres quomodo calor ignis agat in totam suam spheram

Rd. agit uniformiter difformiter, patet experientia, nam quo
magis quis recedit ab igne, eo minus et minus caloris sentit,
et quo magis accedit plus caloris sentit, sic etiam lucerna
magis, et magis illuminat aerem sibi proximum, et semper
minus et minus illuminat aerem magis remotum, donec
veniatur ad aerem, quem nullo modo illuminat propter limi-
tatam virtutem ipsius agentis, hoc autem est agere uniformi-
ter difformiter.

Quaestio 5.a

De Causa Efficiente Generationis Viventium

Tria requiruntur ad foetum f.

Tria requiruntur ad formationem foetus primum
id ex quo formetur foetus. 2um ipsa formatio foetus, 3um
ipsa unio animae cum foetu organizato, et si anima viventis
sit materialis, ipsa eductio animae materialis. Nos ergo in praesen-
tia haec tria examinabimus, 1o a quo generetur id ex quo
formatur foetus. 2o quid nam sit agens formationis foe-
tus. 3o quid nam agens sit unionis, vel productionis
animae.

Ab:

Articulus 1.us

A quo generetur id ex quo formatur foetus

Dicitur esse causam efficientem eius ex quo formatur foetus esse marem et foeminam. Est grata fere omnium medicorum et multorum philosophorum ac Theologorum ut videre potes hic disp. 2.a sect. 5.a et 6.a

Probatur. Materia foetus est semen, et aliquid menstrui sanguinis, ergo causa efficiens materiae foetus est mas, et foemina. Probatur antecedens, sed quidem de semine maris videtur clarum, quia generatur a mare tanquam a principio continente, ergo semen maris est materia ex qua foetus formatur, alioquin mas non coniungeretur cum foemina. Neque valet quod dicunt semper marem coniungi cum foemina per ipsum semen, non quia ex illo tanquam ex materia formetur foetus, sed quia ab illo tanquam a virtute activa formatur foetus, ex menstruo sanguine foeminae quem solum dicunt esse materiam foetus. Hoc inquam non valet, quia si semen maris tantum activè format foetum, et non est materia illius, remaneret extra foetum, ac per inde mas non coniungeretur per semen cum foemina. Probatur antecedens, quia licet ignis B actu producens sit activus ab igne A, non tamen dicitur ignis A coniunctus cum igne B, seu non dicitur ignis B produci ab igne A tanquam a principio continente, quia nimirum nihil ipsius ignis A transit in ignem B, et coniungitur cum illo, sed totus remanet extra ignem B, ergo pari ratione non erit dicendus mas coniungi cum foemina, si nihil maris transit in foetum, et cum illo coniungitur.

Nunc

Nunc probanda est altera pars p. c[onclusio]nis, de se-
mine foeminarum, quod s[cilicet] sit mat[eri]a foetus. P[rim]o quod ad-
esset quare mat[eri]a foetus recipit semen foeminae ma-
ximum quia feminae non emittunt semen. Sed hoc est
falsum q[uia] p[ote]st [illegible], foeminae enim semen emittunt,
sed in nullum aliud finem emittunt, quam ad for-
mandum foetum, ergo mat[eri]a foetus est etiam semen foe-
minarum. Pr[obatu]r maior auctoritate Anatomicorum qui repe-
rerunt in foeminis omnia ea vasa quae ad semen
efficiendum habent viri, semen testes, alias [illegible] vas[a] praepara[n]-
tia quae si comprimantur, sicuti mamillarum papillae, semen
album, et crassum ex illis exeundit, ergo foeminae habent
proprium, et prolificum semen.
Confirmatur, nam mulieres solius imaginationis vi nocturnas il-
lusiones patiuntur, ut ait Rodericus, non secus ac viri
sed ille humor quem emittunt cum tanta voluptate
nullus alius esse potest quam semen, ergo foemina habet semen,
et per consequens sunt causae efficientes eius ex quo formatur
foetus. Nec valet quod dicunt adversarii foeminas emit-
tere quidem humorem aliquem album, illum tamen non esse
verum semen, et ineptum esse gen[erationi]. Hoc inquam non va-
let, quia gratis dicitur cum humor ille fiat in vasis, et
ex eadem mat[eri]a et sanguine ut fit in maribus.
Remanet probanda 3a pars p. c[onclusio]nis, quod s[cilicet] mat[eri]a foetus
non solum sit semen maris et foeminae, sed etiam sanguis
menstruus foeminae. Sed hoc nullus est qui neget, imo ait
Arist[oteles] l. 1o de gen[eratione] anim[alium] cap. 20. et lib. 2o cap. 3o
Pr[obatu]r 2o quia ut celeberrimae vulgarium [illegible], ijs
constantes quibus nutriuntur, sed foetus in utero matris nutritur
sanguine menstruo, ergo de illo etiam constat. Pr[obatu]r min[or]
quia

Ijs constamus
quibus nutrimur

quia prohiberet foemina dum foetum gestat menstruum sanguinem non emittit, quia communiter ille intentio in nutrimentum foetus.

Dices 3°: nobis hoc argumentum, semen non esse materia foetus, sed potius sanguis menstruus, cum in foetus nutritiva partim gaudet, et non seminis, sequitur quod foetus constet ex materia sanguinis, et non seminis.

R.o nego seq. secundum enim dico est in foetu ex partes quasdam molliores et quasdam duriores, molliores, ut caro et viscera nutriuntur sanguine, ac proinde etiam sanguine formantur; at vero partes duriores, ut ossa nutriuntur medulla, quae est materia quaedam durior, et magis compacta, ac proinde similes partes formantur ex semine, materia scilicet magis compacta et concocta quam sit sanguis: unde medici plerique docent partes duriores foetus formari semine, carnosiores sanguine.

Dices sanguis menstruus est corruptus, ergo non potest ex illo formari foetus qui fieri debet ex optimo.

R.o sanguis qui dicitur menstruus de se optimus est, et purissimus, ergo a natura institutus ad formandum foetum et alendum, cum sit aliquid superfluum ad alimentum ipsius matris. Quando ergo foetus fit et nutritur eo sanguine, bene est bonus et non est corruptus. Corruptus vero est quando foemina non est foeta in conceptu, cum sanguis ille non habeat in quo consumatur, congregatur, putrescit, et foras eicitur, et ideo sanguis menstruus dicitur malus et corruptus.

sanguis menstruus est perfectissimus

Obj. semen viri non potest esse materia foetus, quia cum semen viri contineat etiam activitatem ad formandum foetum sequeretur quod idem ageret in se ipsum actione corruptiva quod est falsum.

R.o

R.o in semine patris partes quaedam spirituosiores quaedam
crassiores illae agunt active, istae concurrunt passive et
sunt materia in qua agunt partes spirituosiores ac proinde
non sequitur quod idem agat in se ipsum, quia partes spirituo-
siores non agunt in se, sed in partes crassiores.

Obj. 2o ex frequenti coitu foeminae nullum patiuntur damnum nec
fiunt steriles sicut accidit viris, ergo signum est quod ne-
cum semen, neque efficiant neque emittant.

R.o neg. ant. etiam illae patiuntur damnum, licet minus quam
viri, vel quia non tam intense concurrunt emittendo semen, vel
quia minorem copiam, vel quia ob partes humidiores ita fa-
cilius reparant damnum.

Dices foeminae videntur similes pueris, voce, et impuberitate,
sed pueri semen non efficiunt, ergo nec foeminae.

R.o vox et impuberitas in foeminis non proveniunt ex defectu
seminis, sed potius ex defectu caloris.

Obj. ex S. Thoma 3a parte quaest. 32 art. 4o foemina non
[illegible] concurrit active in prolem, quia foemina est pati
non agere ergo neque semen efficit nam hoc est activum.

R.o neg. ant. nam foemina in genere et agit et patitur: agit
quidem semen emittendo producendo [illegible] cum formam
patitur vero recipiendo in se semen viri, patitur quia ex
semine viri et [illegible] formatur foetus in eius utero.

Obj. sequeretur ex dictis quod etiam Christus Dominus conceptus
fuerit ex semine B. Virginis quia B. Virgo concurrit ad
generationem Christi sicut ceterae mulieres, ergo sicut ceterae mulieres
concurrunt per semen, etiam B. Virgo per semen; hoc autem
asserere videtur absurdum, 1o propter verba Ecclesiae quae dicit
de Xpo Domino (procedens [illegible] seminis). 2o quia mi-
nueret ex parte virginitatem B. Mariae, nam sicut [illegible] a-
bit.

mittit virginitatem effundendo semen etiam sine congressu
cum foeminis, ita etiam foemina virginitatem amittet, si
semen emittat sine congressu cum viro. 2° quia multi The:
ologi cum S. Thoma aliisq. S. Patrib. hoc requirunt ad perdendam.

R° esse seq. neg. hoc est ad perdendam. Ad 1am auctoritatem dico
quod Ecclesia dum dicit de Christo ... hominem sine semine
... de semine viri, an vero Christus fuerit genitus ex semi:
ne foeminae de hoc nihil definivit Ecclesia cum sit mera
quaestio Philosophica. Ad 2am Scripturam dico B. Virginem
... integritatem etiam si pro semine Christum formaverit pe:
... mater quidem quia virum ... neq. optavit
cognoscere, ... non cognoscere, virgo etiam fuit
intemerata, quia facta non fuit illo congressu cum viro,
neq. illo ... semine, et eius genitalia ... carne ...
... sunt cum Christus ... cum corpore matris ...
fuit. Si cum vero semen B. Virginis ad Christi corpus formandum
delatum sit in uterum, virginitatem non minuit 1° quia
hoc factum fuit opera Spiritus Sancti qui bene hoc po:
tuit facere sine laesione virginitatis. 2° quia neq. semen
delatum fuit per contactum viri. 3° quia neq. delatum fuit
cum voluptate sensus. Non est autem simile quod dictum de
viro, quia vir amittit virginitatem voluntarie procurando
effusionem seminis cum sensus delectatione, quod dici non potest
de Virgine. Sunt etiam Patres et Theologi pro nostra sententia
ut videre est apud Suarez in 3am partem D. Thomae tom. 2°
disp. 2a, quia argumentum hoc in utramq. partem exacte
tractat et utramq. partem securam esse docet in Theo:
logia.

Christus fuit conceptus ex semine virginis

Obj. 4° Mas et foemina concurrunt aeque ad formandum
foetum, ergo causae totales concurrentes ad producendum

e:

eundem effectum, sed hoc non pot[est] fieri taliter q[ui]a neq[ue] sunt duae causae partiales, ita ut una non possit sine alia, neq[ue] in foemina sol[um] pro toto semine generat foetum, cum respirat etiam semen viri

Articulus 2us

De causa quae actius organizat, et efformat foetum.

Foetus organizatur in carnem, ossa, caeterasq[ue] dispositiones, quae sunt necessaria pro animar[um] diversitate, quaeritur ergo à qua causa hoc fiat. Referunt Conimbricenses aliquorum opinionem qui dicunt causam formantem non esse naturam, sed quoddam principium superius, ac divinum, ideo mirabilis est illa structura. Alij dicunt foetum immediate formari à patre. Alij tandem dicunt formari vel à solo semine maris, alij à semine utriusq[ue] parentis.

Foetus formatur à semine.

Dico 1o. foetum formari à semine utriusq[ue] parentis. Probatur quod ideo formet à semine est quia in semine reperiuntur aliquae partes valde spirituosae et quae ipsum ordinantur à natura ad foetum, sed non possunt esse ordinata nisi ut tanquam ex natura formet foetus, ergo debet dici quod sint ordinata à natura ut actione formet foetum, maior est certa ex Neotericis, nam in semine sunt partes crassiores, quaedam spirituosiores, et leviores. Minor probatur quia partes illae spirituosiores cum sint parvissimae et volatiles, non possunt coagulari, ac proinde non possunt esse materia foetus, ergo cum non possint esse materia ex qua formatur foetus debet dici quod sint à natura ordinatae ut acti-

ve

ad formandum foetus, cum non sit assignari alius finis
ad quem sint ordinata.

Nunc probanda est 2a pars propositionis nempe, quod scilicet foe-
tus formetur à semine utriusque parentis.

Pr. eodem modo, quia cum in seminibus maris et foeminae sint
quaedam partes crassiores, quaedam tenuiores, et quasi
igneae, et cum ista non possint esse inutilia, à natura ad
hoc ut sint nata foetus, quia propter suam tenuitatem
non possunt coagulari, nonnulla dicendum est quod sint institu-
ta ad hoc, ut formetur actius foetus.

Pr. 2o argum. Saepe filii assimilantur patri et matri, ergo fi-
lii formantur à semine patris et matris. Ans. non indiget
probatione. Consequentia pr. Causa cuius similitudinis debet poti
dici quod sit semen utriusque parentis ex quo formantur
filii: cum n. ad formandum foetum concurrant actiue
spiritus quidam semini inmixti, qui convocantur ex omnibus
partibus corporis paterni ac materni, illi spiritus dum foe-
tum formant assimilant partes illius iis parentum partibus
ex quibus ipsi spiritus originem habuerunt, plus eveniet
tunc. Unde accidit, ut praevaleant spiritus maris foe-
tus magis assimilatur patri quam matri. Si vero è contra
praevaleant spiritus foeminae, foetus magis assimilatur matri
quam patri. Communiter autem foetus magis assimilatur ma-
tri quam patri, quia spiritus foeminae praevalent, cum sint
in proprio loco, et consequenter vivaciores calore uteri, quam
sint spiritus maris, qui extra proprium locum non ita bene
conservantur.

Pm. 2o licet ad formandum foetum concurrat semen utriusque
parentis, ex formatione foetus pendere etiam immediate
ab actu maris pro productione animalis perfecti, et quia ex
pu-

foetus pendet et ab actu maris

patri generari id formet.

Pr. ex eo et iis quae diximus in Phis. quia nihil pot. reddi ratio cur non possit ab actu accepto semine formari ejus aut partus, extra operam patris, nisi dicatur ad formationem foetus, et ultimam dispositionem ejus materiae ad formam requiri immediatum concursum animae patris.

Ob. foetus aliquando accedit similius alicui alteri homini vel foeminae, et est omnino dissimilis parentibus, ergo non bene probatur similitudinem foetus formari ex semine utriusque parentis. Pr. ans. experientia. Narrat Plinius ex patre et matre Aethiope natam esse filiam albam, quae deinde filiam nigram peperit.

R. conc. ans. et neg. conseq. causa similitudinis id est solum semen, cum id possit etiam oriri ex aliis causis, praesertim ex imaginatione quae multum conferre pot. ad similitudinem. Atq. hoc modo dicunt accidisse, quod nigra mulier filiam pepererit albam, quia nimirum in cubiculo imaginem albae puellae frequenter spectabat, et forte in ipso congressu cum viro suo, candidam imaginem vehementi imaginatione sibi repraesentabat. Verumtamen regulariter loquendo non pot. negari quod filii nascantur similes patri vel matri, et hoc propter spiritus insitos semini qui formant foetum.

Ob. 3. si anima patris immediate concurrit ad foetum formandum, quid producet?

R. 1. dari formas partiales subtiles de qua re supra, anima patris producet illas formas partiales, quia potius non pot. produci ab accidentibus seminis, sed debet produci ab alia substantia; si vero non dantur istae formae partiales subtiles.

R. 2. ab anima patris immediate produci in foetu quaedam ac-

accidentia, quae cum non sint ex genere accidentium ae-
ternorum, nec oriantur ex mixtione primarum qualitatum, non
possunt produci à similibus accidentibus, vel dissimilibus,
unde immediate producuntur ab anima rationali: sicut in supra
diximus quod illa accidentia quae veluti proprietates conse-
quuntur aliquam formam substantialem, non nisi ab ipsa for-
ma producuntur: ita potest dici in organizatione foetus, et
ad formandum domicilium animae praeparata eius quaedam acci-
dentia, quae non nisi à simili anima possunt produci. Nec
dicas hoc repugnare cum eo quod supra diximus, quod
omnia accidentia in alieno subiecto producuntur ab accidentibus
et non à substantia, nam illud verum est communiter, et de
iis accidentibus quae ab aliis accidentibus possunt produci, non
est autem verum de quibuscunque accidentibus, ut patet in
motu qui est accidens, et tamen non producitur nisi à substantia
anima, cum v.g. homo progreditur, atque eodem modo philosophamur
de illis accidentibus requisitis ad formandum domicilium animae,
quae non nisi ab anima possunt produci.

Articulus 3.us

De causa efficiente unionis formae rationalis, vel eductionis formae naturalis

Aliqui dicunt solum Deum esse causam efficientem unionis
animae rationalis cum foetu, unionem vero formae materialis, ideo animam
ipsam nolunt produci à genitore. Alii tamen dicunt causam
efficientem unionis animae rationalis cum foetu, et causam effi-
cientem animae materialis esse naturam cum est applicata. Ri-

Ubi semen est applicatum, quia ipsa virtute producendi ad quae producenda non est applicata alia potentia, ut generis v.g. a patri generativa; nisi autem concurrit deus et patris ...

Causa efficiens est matris.

Dico esse causam efficientem unionis animae cum foetu, et causam efficientem animae matris cum matrem sum est applicata. Probatur contra, quia insita nostra principia substantia non possit producere nisi ab alia substantia, aequali vel magis perfecta, ergo homo equus per eum sibi virtutem non possunt immediate producere nisi ab anima patris cum accidentia principiis et imperfectiora non sunt sufficientia ad talem effectum producendum.

Dices, ergo puer qui nascitur non debet dici genitus a Patre si sola anima matris concurrit ad uniendam animam matris vel ad ... animam matris.

Respondeo negando sequelam, nam ad hoc ut Pater dicatur generare filium, satis est quod generet semen ex quo tanquam ex materia formatur foetus, et quod activus concurrit ad formationem foetus.

Quaeres si anima Patris esset applicata ad agendum sicut est anima matris an produceret unionem animae cum foetu, vel animam ipsam matris.

Respondeo affirmative, quia nulla videtur esse ratio in contrarium ... minus dicatur anima patris esse eiusdem perfectionis ... ac anima Matris.

Articulus 4us

Expediuntur alia dubia circa hanc materiam

Primum dubium est quid sit semen. Respondeo ex Arist. p. de gen. ani.

Anim. cap. 17.o et 18.o semen est superfluum alimenti,
quod efficitur ex parte quadam sanguinis, ad tertiam atque
ultimam concoctionem perducti, quod relinquitur a natura
ut nutritioni superfluum, sed toti generi necessarium. Sicut si-
viuens ad se conseruandum habet vim conuertendi alimentum
in suam substantiam, ita pari ratione ad conseruandam speciem
quandam partem alimenti seponit ad generationem, hoc autem est
semen quod in vasis ad id institutis a natura, accipit vim
generandi aliud individuum simile in specie.

2.um Dubium an semen viuat. R.o semen non viuit, ita Aristo- — semen non viuit
teles 2.o de Anima cap. 4.o textu 10.o, et lib. 2.o de gen. anim.
cap. 3.o S. Thomas lib. 2.o contra gentes cap. 89.o Scotus,
Albertus Magnus et plurimi. Pr.o quia semen ut dixi, est
superfluum alimenti quod vita caret, 2.o quia si semen esset
animatum vel haberet eandem animam quam habet totum viuens,
vel aliam, si primum ergo semen deberet esse continuatum cum
toto viuente, sed non continuatur, quia semen continetur si-
cut aqua in vase, ergo semen non habet eandem animam cum
toto. Si 2.um ergo semen iam esset integrum viuens, ergo vel
animal, vel planta, quod est absurdum.

Pr. 3.o quia si semen esset viuum deberet nutriri, ut nutriuntur
omnia viuentia, sed semen non nutritur, ergo semen non viuit,
sed dicis, quia semen augetur ex accessione partium, sicut v.g.
augetur aqua per accessionem alterius aquae.

Dices stirpium semina dum inhaerescunt matri nutriuntur, ergo viuunt,
ergo pari ratione semen animalium viuit. Confirmatur, quia stirpium se-
mina habent determinatam figuram, sed hoc conuenit viuenti,
ergo stirpium semina viuunt.

R.o concedo stirpium semina viuere dum matri inhaerescunt,
saltem aliqua, sed tunc debent dici fructus, et non semina,

atque.

atq. ita ut fructus uiuat cum sit pars uiuentis, at uero semen animalis cum non sit pars animalis, quia non continuat. cum illo, non uiuit.
Ad confirmen. dico, quod semina uendicant sibi certam speciem sicut plantae. uiuentium ex quib. orta sunt, cum fuerint prius animata quando nimirum adhaerebant matri tanquam fructus, et partes illius. sed de his plura in lib. de Ana.

Quaestio 6.a

An aliquid possit produci efficienter a duplici causa totali

Non est dubium an alicuius effectus possit habere duplicem causam totalem adaequatam in diuerso genere causae. Neq. est dubium an alicuius effectus possit pendere a duab. causis totalib. in eodem genere, sed diuerso ordine, certum n. est quod causa pr.a et 2.a sunt causae totales in suo genere, et tn̄ ab utraq. dependet effectus. Sensus ergo quaestionis est an duae totales in eodem genere causae, et in eodem ordine possint producere eundem effectum, ita ut unaquaeq. concurrat efficienter p suum concursum qui solus sine alio concursu sufficeret effectum illum producere. Ubi n. intelligimus p causam totalem, id est causam illam, quae ita concurrit et influit in effectum, ut concursus ille, et influxus sit sufficiens ad dandum esse effectui.

Non pot. aliquid ... Pr.m est ratiber loquendo non posse aliquid produci a duplici

plici causa totali eiusdem generis et ordinis. Est
opinio S. Thomae 1a parte quaest. 33a art. 3o Scoti in
3o dist. 1a 3

Pr. 1. contra, quia dicit superflua, quia quando ad unum effectum
concurrit una causa efficiens quae est sufficiens ad dan-
dum illi effectum, non potest concurrere alia causa ad eam
similem actionem.

Pr. 2. 2o. effectus est incapax concursus qui fit a duabus causis
totalibus, quia duae causae totales non possunt concurrere ad e-
undem numero effectum. Consequentia est certa, quia possibi-
litas causae dicit ordinem ad possibilitatem effectus,
sicut potentia activa respicit potentiam passivam, cum ergo ef-
fectus non possit in se recipere duplicem concursum, duplicis
causae totalis, sequitur quod non duplex causa totalis
possit concurrere ad eundem effectum, et ergo etiam expe-
rientia, si sint duo homines trahentes aliquod pondus, et ac-
cedat alter qui adiuvet, minuitur pondus in iis duobus
hominibus, ut quisque tot in se experitur, quod si primi duo
homines, deberent trahere eundem ponderis accedente etiam
tertio, vel tertius nihil faciet, vel conatus est inutilis, nam
quo maiorem unus adhibet concursum, conatus ad perfectionem
tantum, vel trahendum pondus, et minus pertinet ad alium, non
aliud de causa, nisi quia effectus non est capax utriusque
concursus.

Contra, quia si semel duae causae totales possunt concurrere
ad eundem numero effectum, possent etiam concurrere plu-
res et plures causae, cum non sit maius fundamentum de
pluribus quam de duabus, sed hoc non debet concedi, quia
nec illud. Tandem contra est Arist. 2o Physic. textu
38o, et 5o Metaph. textu 2o, ubi ait posse dari plures cau-
sas

tas eundem effectum, sed addidit non eodem modo, i.
non in eodem genere causae, sed solum in diverso, ut v. g.
causa efficiens, et causa materialis licet causae totales concurren:
tes ad eundem effectum, sed tamen in diverso genere.
Hinc solvuntur fundamenta sententiae contrariae, quam tenuit
Caietanus.
Obiicitur 1.º si duo ignes aequales applicentur ad eandem lignum, tunc
illi duo ignes ut duae causae totales producent ignem, ergo
duae causae totales in eodem genere causae efficientis pos:
sunt producere eundem effectum. Probatur antecedens, quia uterque
ignis est agens necessarium, ergo applicatus ad lignum agit
quantum potest, potest autem saltem quantum sufficit ad
dandum esse effectui, ergo saltem agit quantum sufficit
ad dandum esse effectui, ergo uterque ignis est causa totalis
concurrens ad producendum ignem.
Respondeo in casu posito illi duo ignes non essent causae totales, sed
partiales, ita ut concursus quo influit ignis A simul cum
igne B in 3.um ignem C non sit sufficiens ad dandum
esse 3.º igni C nisi influat etiam ignis B. Unde illi duo
ignes attemperant suum concursum, et neuter agit totis vi:
ribus. Et licet illi duo ignes sint agentia necessaria, quae
non impedita agunt totis viribus; tamen in isto casu impedi:
untur ab invicem ne .s. aut alteruter nihil agat aut alteru:
ter frustra agat quod sequeretur si alterutrus ex iis duobus ignibus
ageret totis viribus. Rursus illi duo ignes licet sint agentia
necessaria, impediuntur ne agant totis viribus, quia effectus
ille, nempe ignis productus non est capax duplicis con:
cursus totalis, ut supra dixi.
Dices. Si miraculose duo ignes essent eiusdem intensionis, et
penetrati in eodem loco applicarentur ligno, tunc illa con:
fus:

butio esset ad utrumque ignis totaliter ergo

R.º neg. aliter agerent in isto casu duo ignes, quam attentendo suum concursum, ita ut quilibet ignis esset causa partialis.

Vrges 2.º non est repugnantia, quod idem effectus et idem effectus esset communis a duplici principio totali, u. g. ambulatio potest esse propter sanitatem, et propter recreationem, et non repugnat sit idem effectus a duplici agente totali.

R.º neg. paritatem, quia si effectus sit a duplici fine totali nulli[us] repugnantia sequitur; repugnat autem, si effectus sit a duplici agente totali, quia in hoc casu unum agens esset superfluum.

Ob.º potest velle imperare etiam [illegible] per [illegible] duos actus quorum unusquisque sit sufficiens, ergo possunt duae causae totales concurrere ad eundem effectum.

R.º vel ille actus imperans voluntatis ponit physice totam ambulationem, vel ponit moraliter: si p.um neg. ant., si 2.um conc. ant. et neg. conseq.em, explico si actus imperans voluntatis ponit physice, et per physicum influxum, tunc si est unus est effectus ille unus, etiam erit concursus totalis, quia non est capax alterius concursus totalis. Quando si contendas ambo concurrere, dico concurrere partialiter et non totaliter. Quod si actus voluntatis imperans ponit moraliter, qualis esset actus qui moraliter produceret effectum, dico non esse absurdum quod concurrant duo actus ad eundem effectum, quia non concurrunt per aliquem influxum physicum cuius effectus sit incapax.

Quaeres, an Deus possit ponere unus effectus simul a duabus causis totalibus efficientibus.

R.º aliqui negant, aliqui affirmant. Legitur scire per

facto

positio, et alii auctores.

Quaestio 7.a

An Deus praedeterminet causas secundas

Vidimus in Phys., Deum immediate concurrere cum cau-
sis secundis ad omnes effectus qui perveniunt eadem et in-
divisibili actione; nunc videndum est an Deus praedeterminet
causas 2.as ad operandum seu an concurrat cum causis 2.is
media praedeterminatione physica. Nomine autem praede-
terminationis intelligitur entitas physica, sive sit de genere
qualitatis permanentis, sive transeuntis quae immediate pro-
ducta a Deo in ipsis creaturis antecedenter ad operationem
earum, talis nam illa qualitas ut secum trahat infallibi-
liter operationem creaturae: nam posita illa qualitate non
potest causa 2.a non operari, v.g. posita praedeterminatione
physica in Petro ad aliquid faciendum, v.g. ad amandum,
non potest Petrus non amare. Videndum ergo est hac
quaestione an Deus hoc modo praedeterminet causas 2.as

Non datur praedeterminatio physica

Dico: est non dari hanc praedeterminationem physicam, nec Deum
per hanc praedeterminationem concurrere cum causis 2.is ad
suos effectus.
Prob.o 1.o contra hanc physicam gratis et sine fundamento ponitur ista prae-
determinatio, ergo non est ponenda. Prob. ant., nulla est ne-
cessitas illam ponendi, ergo gratis et sine fundamento ponitur. Pr-
ob. p.um in causis necessariis in quibus non est ponenda ista
praemotio, et praedeterminatio, quia cum necessariae causae ex se
sint determinatae ad suos effectus producendos, ergo non est
necesse quod praedeterminentur a Deo, v.g. calor ex natura
sit

habet vim productivam caloris, et de se est determinatus ad calefaciendum passum approximatum, quod frustra posito actu praedeterminatio physica.

Rursus, neque est necessaria ista praedeterminatio in causis liberis, quia licet ista sint indifferentes ad hunc, vel illum actum, v.g. ad odium, vel amorem, tamen sibi ipsis sunt sufficientes, quia se determinant ad amorem potius quam odium: hoc enim est esse liberum, posse amare, et odisse.

Arg. 2°. quia haec praedeterminatio tollit libertatem, ergo saltem in causis liberis non est concedenda, probatur antecedens causa libera est illa quae positis omnibus praerequisitis ad agendum, potest agere, et non agere, sed posita praedeterminatione in voluntate non remanet indifferens ad agendum et non agendum, ergo posita praedeterminatione voluntas non est libera, maior patet ex definitione causae liberae communiter recepta, minor conceditur ab Adversariis qui docent praedeterminationem infallibiliter necessario trahere operationem unde si Petrus v.g. praedeterminetur ad amandum infallibiliter amat, nec remanet indifferens ad amandum, et non amandum.

Respondent Adversarii stante illa praedeterminatione physica, adhuc remanere iudicium indifferens ad operandum, et non operandum, ac proinde non tolli libertatem v.g. posita praedeterminatione in Petro ad amandum, adhuc remanet in illo libertas, quia remanet iudicium indifferens, quod indicat in illa operatione esse aliquid boni s. voluptatem et aliquid mali, s. defatigationem, vel periculum ac proinde relinquitur voluntas indifferens ad eligendam, vel relinquendam operationem.

Sed contra hanc responsionem est quia potentia, et indifferentia

ad venandum, et non venandum non includit solum iu-
dicium indifferens de obo quod proponitur amandum,
sed etiam includit concursum Dei paratum in actu primo ad
utrumque, scilicet ad amorem, et odium, si ergo Petrus habeat
iudicium indifferens de venatione, sed Deus habeat paratum
concursum ad odium venationis, nunquam Petrus erit liber
et indifferens ad amorem et odium venationis, ergo ad
hoc ut Petrus dicatur liber debet non solum habere iudicium
indifferens, sed etiam concursum in actu primo paratum ad
utrumque; ergo non debet praedeterminari ad hanc potius
partem quam aliam.

Resp. neg. seq. Non tollit libertatem per physicam praedetermina-
tionem, quia licet manente praedeterminatione ad amorem non
possit voluntas odire, et componere odium cum praedetermina-
tione ad amorem, tamen si non ponetur praedeterminatio ad a-
morem voluntas posset odire, et dicitur seu separata prae-
determinatione a voluntate, posset ponere odium. Unde quod
posita praedeterminatione ad amorem infallibiliter sequatur
amor, nec possit sequi odium, est necessitas consequentis,
quae non tollit libertatem. Sic licet ego in sensu compo-
sito cum amore non possim odire, seu non possim si-
mul cum amore coniungere odium, adhuc tamen dicor li-
bere amare et libere cessare ab odio, quia in sensu diviso
ab amore, ego possum odire, et necessitas non ponendi odium
sequitur tantum ex suppositione prioris amoris. Atque haec est celebris
illa distinctio inter sensum compositum et in sensu diviso, qua
conantur adversarii solvere difficultatem.

Sed contra, quia tunc sensus compositus non tollit libertatem
quando est in nostra potestate ponere id cum quo fit sen-
sus compositus: et tunc sensus compositus tollit libertatem

quan-

quando non est in nostra potestate ponere, aut non po-
nere id quod fit ex suppositione. Pono exemplum in hoc
instanti elicio actum amoris, et dicor libere amare, licet
in sensu composito cum amore non possim simul componere
vel coniungere odium, quia .i. in mea potestate est ama-
re, et non amare in hoc instanti, unde licet stante amore
non possim odisse, quia tamen in mea potestate est amare et
non amare, ideo habere sensum divisum amoris cum odio,
mea libertas non tollit. Contra vero finge me per vim
ab aliquo catenis ligari sive teneri, non dicor libere sedere
nec libere carere ab ambulatione, nec dicor potens ambulare
quia in sensu composito cum tali termino non stat posse
ambulare, licet in sensu diviso a catenis possim ambulare.
Ratio autem est, quia coniunctio illa cum catenis non est in mea
potestate, unde necessitas ex suppositione sive non tollit liber-
tatem quando id quod supponitur est in potestate operantis, si
vero quod supponitur non est in potestate operantis, sed
ab illo ab extra ponitur, talis necessitas ex suppositi-
one tollit libertatem. In casu nostro praedeterminatio ad
amorem non est in nostra potestate, et cum in sensu compo-
sito cum illa praedeterminatione non possim amare, et odire,
ideo illa praedeterminatio tollit libertatem, cum reciperet an-
tecedenter ad amorem.

Pr. causa errorum. Si Deus praedeterminaret causas 2as, Deus
esset vera causa peccati, quia si Deus praedeterminet vo-
luntatem ad odium, nec Deus interveniat, 2am quod Deus
intendit actum illum, et ipse radicaliter moveat eum ad
illum praedeterminet. 3um quod Deum non stat quo minus ponat
formas oppositas, nempe amoris quia ad contrarium amorem re-
quiritur carentia praedeterminationis ad odium, et praedetermina-
tio

non ad amorem sub ratione adversarii? sed bene praede-
terminationem ad amorem Deus non dat Francisco, et illi solum
dat praedeterminationem ad odium, ideo Deus dicitur causa pec-
cati.

Pr. ult.o contra, quia ex praedeterminatione quod homines qui
de facto non convertuntur ad poenitentiam, non possunt con-
verti, quia nimirum non habent praedeterminationem aequi-
tam ad conversionem, quare possunt se excusare coram tribunali
Christi. Nam non possum converti ad hoc, quia tu nos non praede-
terminasti.

Resp. Deus est causa prima, ergo prius et principaliter concurr-
it quam 2.a, ergo concurrit praedeterminando causam 2.am

Confir. 1.o quia causa ad apicem Philosophorum est causa 2.a, quae non
movet nisi mota a causa prima, sicut [illegible] instrumentum physi-
ce subordinatum.

Confir. 2.o quia causa dicitur causa 2.a a Deo applicari ad
agendum.

Confir. 3.o quia causa prima dicitur facere ut causa 2.a operetur:
quae omnia requirunt applicationem sive praedeterminationem physi-
cam, ergo datur praedeterminatio physica.

R.o conc. ant. et neg. conseq.a cum Deus dicitur causa prima
non quia actualis concursus Dei sit prior tempore vel natura
concursu causae 2.ae ad eundem effectum, vel quia aliquid impri-
mat praedeterminando causam 2.am, sed dicitur causa prima prioritate
dignitatis cum sit alterius ordinis, et independens. Dicitur prior
prioritate ordinis, quia causa prima producit 2.am, et illi dat
vim operandi. Dicitur prior prioritate logica, seu subsistendi
consequentia, quia valet ab actione creaturae arguere actionem
Dei, sed non e contra, unde creatura se habet ut inferius, Deus
ut superius.

Deus est causa prima quia est prior 3

Ad confirmationem: vt causae 2.ae movere motae, quia movent cum receperint etc. a Deo. Respondeo agere cum subordinatione ad Deum, quia indigent concursu ipsius Dei. 2.o dum dicitur causa 2.a applicari a Deo ad agendum, intelligendum hoc est, concomitanter, non antecedenter. 3.o dum dicitur quod causa 1.a facit ut agant causae 2.ae, intelligendum est, quia causa 1.a offert causis 2.is suum concursum, et cum illis concurrit, nam causa 2.a non potest agere sine concursu Dei.

Obj. si Deus non concurrit cum causis 2.is illas praedeterminando et applicat suam omnipotentiam ad agendum cum creaturis per libertatem indifferentem, qua vult concurrere ad actionem vel aliam ut creatura voluerit, sequitur quod causa 2.a praedeterminet 1.am, quod est absurdum.

R. dicendo ergo quod causa 2.a determinet concursum causae 1.ae unde S. Thomas quaest. 1. de pot. art. 4. ad 3.um dixit influentiam causae 1.ae per causas 2.as determinari, et specificari, et 3.o contra gentes cap. 6.o docet 2.a agentia esse quasi particularia, et determinantia actionem 1.i agentis. Hinc autem non sequitur causam 2.am esse 1.am liberum nam Deus 1.o liberum est, non praerequirere ad suam operationem aliquod exercitium alienae libertatis. Voluntas autem creata, seu causa 2.a praerequirit voluntatem Dei applicantis suum concursum, ut causa 2.a possit operari. Obj.

Quia Deus non praerequirit

Obj. si non datur praedeterminatio, tollitur gratia efficax, quia gratia efficax est illa quae secum trahit necessariam operationem bonam, et cui ex vi suae entitatis repugnat negatio consensus.

R.o neg. ant. et illius probationem, nam si talis esset gratia efficax, tolleret libertatem, quia cum illa stare non posset dissensus. Est ergo gratia efficax illa quae datur a Deo cum praescientia consensus futuri, quare determinatio gratiae efficacis

non

non est intrinseca ipsi actibus gratiae, v.g. inspirationi, et illuminationi, sed est extrinseca a conceptu potentiae per concursum dei, bene hic et nunc. Sed haec de Theologia. Interim nobis haec breviter dixisse sit satis ad ostendendum non dari praedeterminationem.

Quaestio 8.a

A quo determinetur individuatio effectuum

Quaestio est quid sit causa quae illam determinat ad producendum hunc potius effectum quam illum in individuo.

Primo est causam indifferenter ad producendum hunc potius effectum quam aliam determinari a causa prima, ita ut hunc potius producat quam alium. Explicatur exemplo, v.g. ignis applicatur huic ligno, in hoc loco, hoc tempore, et aliis circumstantiis requisitis ad calefaciendum; ignis est de se potens producere calefactionem, ut octo, tamen ex se non connotat potius hanc numero calefactionem ut octo in particulari, nec illam, cum ex se sit indifferens ad omnes, non quidem collective, sed divisive, ita ut nullam petat in particulari, sed omnes indifferenter, nec magis hanc quam illam; eius vires hic et nunc applicatae cum connaturaliter dicat hanc, quam illam. Ista igitur indifferentia et indeterminatio tollitur a causa prima, ita habent Scotistae, Thomistae, et Nominales.

Probatur autem exemplo: ignis in se habet virtutem ad plures calefactiones, cum aequalem ordinem dicat ad illas. Rursus lignum est indifferens ad recipiendas plures calefactiones ab igne

ign.e nec enim requirit recipere hanc, quam illam.
Locus n. determinat causam, deinde nec permictam ad hunc potius quam alium calorem, tum quia locus non est operativus caloris, tum quia in eodem loco etiam possunt plures calores. Nec tempus determinat causas ad hunc effectum 1o quia tempus est extrinsecum, 2o quia non est operativum, nec aliquid imprimit causis 2is, 3o quia nihil interesset temporis, si alius calor produceretur. Cum ergo nihil possit assignari in rebus creatis quod determinet hanc indifferentem causam ad producendum hunc potius effectum individuum quam alium, u.g. in casu nostro cum nihil determinet ignem applicatum ligno ad producendam potius hanc numero calefactionem ut octo, quam aliam, vel aliam calefactionem ut octo, quam continet in sua virtute recurrendum est ad causam primam atque dicendum ab illa determinari causas 2as indifferentes, ita ut producant hunc potius effectum quam alium.

Pr. 2o Materia ea qua ab initio mundi a Deo fuit creata et quae fuerat educta forma substantialis, quatenus erat ex se, erat indifferens ad recipiendam potius hanc formam, quam aliam, ergo debuit determinari a Deo.

Pr. 3o in libero arbitrio voluntas nostra repraesentato obiecto et cognita illius bonitate et malitia potest illud amare et odisse. Item potest illud amare intense, vel remisse, nam sicut potest amor esse in eius potestate, ita quaelibet determinata causa intensionis illius actus est in eius potestate: hoc autem totum fit per solam cognitionem bonitatis vel malitiae, non autem per cognitionem reflexam amoris, vel odii, itaque voluntas eligit actum remissum, vel intensum solum per hoc quod cognoscit bonitatem, vel malitiam obiecti, ut nunc pro principio moveri

pot

potest voluntas etiam inter actus remissos, vel intensos, cur

eligat hunc quam alium, cum ipsa non cognoscat maiorem
bonitatem in hoc actu remisso, quam in alio actu remisso,
quia supponimus esse aequales, non pot[est] se determinare ad
hunc potius actum, quam alium, ac proinde recurrendum est
ad causam p[rim]am quae videns voluntatem nostram hic, et
nunc indifferentem ad hunc potius amorem remissum quam
alium amorem remissum vel ad hunc amorem ita intensum, vel
alium amorem similiter intensum, dat concursum ad hunc
numero amorem, et non alium.

Dices hoc pugnat cum libertate nostra.

R[espondeo] neg[o], quia voluntas pot[est] amare et pot[est] odisse illud objectum,
et ad utrumque actum pot[est] se determinare; item pot[est] illud
objectum amare amore taliter intenso vel taliter remisso, et hic
de odio, tantum quia inter actus amoris, vel odii taliter inten-
sos, vel remissos, hunc potius eligat quam illum, oritur a de-
terminatione p[rim]ae causae, sine ulla laesione libertatis.

Dices, libertas non solum est ad actum specificum, sed etiam indivi-
duum, quia non solum est nobis liberum amare, et non
amare, sed etiam est liberum amare hoc amore ita intenso,
vel ita remisso, ac proinde si ad hunc amorem determinamur
a Deo, iste amor non amplius erit nobis liber.

R[espondeo] libertas est ad individuum actum exercendum et non exer-
cendum, non tamen ad hoc individuum eligendum potius
quam aliud eiusdem speciei, nec proprie afficientem, quia
hoc individuum supponimus alteri individuo eiusdem speciei
omnino aequale, sed quia id exercemus potentes non exer-
cere.

Dices, ergo datur praedeterminatio physica, si causa p[rim]a nos
determinat, ad hunc potius actum, quam alium.

R[espondeo]

R.º neg. seq. quia non determinamur antecedenter à Deo, cum à Deo nobis praeb. concursus ad hunc actum, et ad alium oppositum speciei, ita ut cont. amore, et odio, nec me cogit ad unum, licet cogat quod alicui dicere amorem ita indifferentem, determinet ad hunc actum.

Dices, ergo Deus est causa peccati, quia Deus est causa cur voluntas potius hoc peccatum, quam aliud est n. vera sive causalis, sive moralis ratio nunc quia Deus vult illam determinando causam liberam ad hunc potius actum, quam alium eiusdem speciei.

R.º neg. conseq., ut videbimus quaestione sequenti.

Quaestio 9.ª

Utrum Deus sit causa peccati

Ad solvendam difficultatem quomodo Deus concurrendo cum causis 2.is ad actum peccati, imo determinando voluntatem ad hunc nec: prae actum, non dicatur esse peccati, et illius causa.

Notandum 1.º quaestionem esse inter Theologos, utrum id formale malitiae à quo actus denominatur malus et peccaminosus sit aliquid privativum, an vero aliquid positivum, et 9. an malitia quae reperitur in actu sit aliqua carentia, an vero aliquid positivum. S. Thomas vult malitiam esse aliquid privativum et carentiam rectitudinis, seu bonitatis debitae. Vasquez vult esse aliquid positivum. Alii distinguunt duplicem malitiam, aliam appellant radicalem, sive fundamentalem, aliam formalem: malitia radicalis est ipsa entitas, et substantia actus, formalis est ipsa carentia rectitudinis.

Malitia quid sit

Notandum 2.º ad hoc ut aliquis dicatur causa alicuius privationis, seu carentiae, debet ipse illam ponere quo minus ponatur forma contraria,

si

hic et nunc quia ipsum non stat quo minus ponat formam contra-
riam, etiam si concurrat ad id ad quod necessario sequitur
talis privatio, non potest dici causa illius. Exemplum. Anto-
nius est paratus inservire Francisco et elevare simul cum ipso
vel pondus centum librarum vel aliud pondus centum viginti librarum;
Franciscus sua voluntate determinat Antonium ad elevandum pon-
dus centum librarum, et consequenter pondus centum viginti librarum
nemo dicet Antonium esse causam quod non fuerit elevatum pon-
dus centum viginti librarum, licet concurrerit cum Francisco ad ele-
vandum pondus centum librarum, ad cuius elevationem et motum
sequitur necessario carentia alterius motus, id est quia per Antonium
non stetit quo minus elevaret pondus centum viginti librarum. Idem
apparet in moralibus, v.g. aliquis dominus dat eleemosynam facien-
dam uni ex duobus pauperibus qui simul illam petunt; famu-
lus determinat eum, et dat eleemosynam uni, quae eleemosyna venit
in bonum huius pauperis, et in damnum alterius qui caret eleemo-
syna. Quis dicet dominum esse causam incommodi, et damni
quod patitur pauper qui non accepit eleemosynam, id est quia
per dominum non stetit quo minus ille eleemosynam haberet.
Notandum 3.° Ad hoc ut aliquid dicatur simpliciter causa alicuius
effectus, debet per se influere in effectum; causa enim definitur
quae per se influit in effectum. Causa vero per accidens dicitur illa
quae non per se, sed per accidens influit in effectum. Hoc autem
influere per accidens dupliciter esse potest, vel quia operatur per
aliud, vel quia operatur ipsa sed praeter intentionem suam. Sic
monstra aliique similes effectus quos casuales nominamus, dicuntur
fieri per accidens a natura, quia fiunt praeter intentionem a
natura, quae ex se semper intendit id quod perfectum est. His
explicatis

Deus non est causa malitiae

Dico Deum licet concurrat ad actum odii non posse dici causam
ma-

malitiae formalis quae in illo actu reperitur.

Pr. contra. Ad hoc ut aliquis dicatur causa alicuius carentiae debet ipse illum stare quo minus ponatur forma opposita, sed per Deum non stat quo minus ponatur forma opposita illi carentiae quae est malitia formalis in actu malo, ergo Deus non est causa illius carentiae. Maior constat ex 2° notando, probatur minor quia Deus offert unicuique suum concursum indifferentem, vel ad actum odij, vel ad actum amoris, vel alterius effectus, et de se est paratus concurrere vel ad hunc, vel ad illum actum, ut homo determinaverit quamquam ipse Deus per ordinem suum praecipiat actum bonum, et prohibeat actum malum, cum ergo ipse homo determinet hunc, vel illum actum in specie, ergo per Deum non stat quo minus ponatur forma opposita malitiae formali quae est in actu odij. Si vero dicatur causam Deum causam 2am volentem actum odij habere intentum, determinet ad hunc potius actum, quam illum, quia Deus ex sese causa libere creata parat concursum indifferentem ad actionem bonam, vel malam, homo autem est ille qui determinat concursum, et proinde quod homo vellit elicere actum odij intentum ut suo u.g., quid refert si determinetur a Deo ad hunc potius actum quam illum.

Dico 2° neque Deum posse dici causam simpliciter malitiae permissiue: obliquae quae identificetur cum ipso actu.

Neg. causa simpliciter.

Pr. quia ad hoc ut aliquis dicatur simpliciter causa alicuius effectus, debet per se influere in illum, sed Deus non per se, sed per accidens influit in actum odij, ergo non est dicendus simpliciter causa ipsius odij, maior constat ex ultimo notando, probatur minor, quia Deus influit in actum odij praeter intentionem, cum potius vellet influere in oppositum, unde oppositum praedictum ponatur, praecipit, exigit.

Contra ex fine prim. aut obiectio negatur perditionem huius esse opus proprium Dei,

Dei, quia est praeter intentionem ipsius Dei, contra Calvi-
nistas qui dicebant non minus esse opus Dei perditionem Iu-
dae, quam vocationem Pauli.

Ob.° Ideo homo dicitur causa malitiae formalis peccati, quia homo
influit in actum, ad quem necessario sequitur malitia sive ca-
rentia ~~[illegible]~~ bonitatis debitae, sed Deus influit in talem
actum, ergo Deus erit causa malitiae peccati.

R.° distinguo majorem, quia homo est vera causa illius actus, ad quem
necessario sequitur malitia, et per ipsum hominem stat quominus
ponatur forma opposita, at vero Deus nequaquam est causa per se talis
actus, nec per ipsum stat quominus ponatur forma opposita
et ideo Deus non est causa [illegible]. Deus ergo praebet concursum
indifferentem requisitum ad libere operandum, sed ita ut ipse
Deus quantum est ex se velit a nobis elici operationem bonam,
ad quam nos hortatur, ac proinde operatio mala cum sit
praeter intentionem ipsius Dei, ideo Deus non potest dici vera
causa illius. Videantur plura apud Theologos.

Quaestio 10.a

De Conservatione

Hactenus de productione rerum [illegible] de conservatione dicamus,
non enim satis est dixisse quomodo res natae generentur, nisi
etiam observamus quomodo conserventur. Nomine conservationis
intelligimus eam actionem per quam res semel productae con-
tinuatae pendent in esse ab agente. Duo hic explicabimus, primo
an sit conservatio, 2.do quomodo distinguatur a prima productione.

Quo ad primum dico esse necessario ponendam esse conserva-
tionem.

tionem suae actionem, et quod res factae quamdiu sunt in rer. natura pendent immediate in conservari a causa prima. *Conservatio*

Probatur 1° ex Scriptura: ex Sap. 11° quomodo posset aliquid permanere nisi tu voluisses, aut quod a te vocatum non esset conservaretur? Actor. 17. In ipso vivimus, movemur et sumus. Probatur ex Patrum sensu, 4° Gen. ad litt. cap. 12° ubi explicans ea verba Gen. 2°, et requievit Deus die 7° ab omni opere quod patrarat, ait ea verba intelligenda esse de requie a novis generibus condendis, non autem a continuis gubernandi et conservandi; alioqui inquit continuo dicens: Creatoris namque potentia, et omnipotentis et omnitenentis virtus causa subsistendi est omni creaturae, quae virtus ab eis quae creata sunt regendis si aliquando cessaret, simul et illorum cessaret species, omnisque natura concideret. Addit: neque enim sicut structor aedium, qui post operationem artificis stare potest, mundus vel ictu oculi stare poterit si Deus ei regimen subtraxerit. S. Greg. 16 Moral. cap. 18 ait: Cuncta per opera Dei subsistunt, nec ad subsistendum eis quidquam sufficit, et sicut cuncta de nihilo facta sunt, ita eorum esse in nihilum tenderet, nisi ea auctor omnium regiminis manu teneret. Plura patrum loca quae probant res creatas pendere immediate in conservari a Deo, habes apud P. Suarez disp. 21a sect. 1a.

Probatur 2° ratione a S. Thoma 1a parte quaest. 8a art. 1°: Deus est causa creaturarum quoad esse, ergo est causa illarum non solum quoad primum esse, sed etiam quoad secundum esse, id est conservationem.

Probatur 3° iis rationibus quibus ostendimus in thesi: Deum immediate concurrere cum causis 2is ad earum operationes.

Quaeres an sicut res aliae pendent in conservari a causa prima

sic

sic etiam dicerent a causis 2is. Pro solutione

Notandum 1o ex S. Thoma 1a parte quaest. 104a. art.

1o Conservatio duplex est, alia per se et directa, alia per accidens et indirecta. Conservatio per accidens, et indirecta illa est quae res protegit a contrarijs ne ab ijs corrumpatur, ut caro conservatur a sale. Conservatio per se, et directa, est illa qua res conservatur in esse suo per positivum influxum, vel immediatum, vel mediatum. Influxus immediatus est ille quo v.g. lumen conservatur a sole, mediatus, quo fructus conservantur a sole mediante calore, et lumine.

Conservatio duplex

Notandum 2o conservatio si consideretur respectu causae materialis duplicium non est compositum ut ijs conservari non secus ac materia et forma ipsum componunt compositum, ita semper illud conservant; sed quaestio est de causa efficiente creata, quomodo conservat res creatas.

Dico 2o aliqua accidentia realia dependere directe, et immediate in conservari a causa 2a efficiente.

Probatur; lumen pendet in conservari a luminoso, ita ut eo ablato pereat lumen, sic etiam species continuo pendent ab obiectis, et genera vitalis a suis potentijs et motus a virtute motrice.

Dico 3o aliqua accidentia realia non dependere in conservari a causa efficiente.

Probatur; calor productus in aqua a calore ignis, etiam recedente ipso igne conservatur per aliquod tempus, sic etiam calor productus a sole aliquandiu durat recedente sole, ergo aliqua accidentia realia non conservantur ab efficiente.

Dico 4o substantia creata non pendet directe a causa 2a conservante. Non loquor hic de substantia spirituali ut est anima rationalis, quae sicut a causa 2a non producitur, ita neque ab illa

Substantia non pendet a causa 2a.

illa conservat, sed a suo creatore. Nec urgeat de motu
pa quia eodem modo non conservat ab agente creato, eu
sit illo non producat; pro igit exemplo de alia substa mat
ii. g. de forma ignis quae non pendet direct a causa 2a
conservante. Si forma ignis exigeret conservari ab aliqua
causa 2a maxime ab illa a qua producta est, sed ab
illa non conservat; g a nulla causa 2a conservat. ma
ior videt certa, pro min ignis producens conservat in
esse suis ignem productum, g ignis producens non conser
vat a causa 2a producente, et per consequens a solo
Deo conservat. Nec dicas substas creatas immediate con
servari ab accidentibus, cum sicut immediate non producunt
ab accidentibus et virtute eorum, ita nec pro ab iis
conservari; ceterum non est conservari indirecte, quatenus re
movens accidentia dimovent contrarium, atque hoc modo
sol conservat carnem impediendo contrarium ad carnem
corrumpat.

Dices, non est maior ratio cur potius aliqua accidentia in
digeant conservatione causae 2ae et non omnia; g vel
omnia indigent vel nulla.

R. esto nulla possit assignari disparitas, adhuc tamen ipsa ex
perientia cogit fateri quod aliqua accidentia pendeant in
fieri et conservari a causa 2a et quod remota causa
evanescant, et e contra aliqua non pendeant in
conservari, quia remota causa adhuc durat, ut calor
in aqua. S. Thomas 1a parte quaest. 67a art. 3o ad
3um dat rationem, et disparitatem, aitque
eas qualitates quae recipiunt in aliquo subiecto simul cum
forma ad quam consequuntur retinere tales qualitates,
quamdiu remanet forma, si vero non recipiat forma

in

in esse perfecto, seu ingenerantis, sive intelligere dispositiones sicut cum recipitur calor in aqua, remanere etiam aliquandiu. Ptae quia est disparitas quam assert S. Thomas quia qualitates quae remanent in facto, vel sunt cum forma, vel sunt dispositiones vel sunt dispositiones ad formam, sed quia lumen neutrum est, ideo recedente luminoso, lumen etiam perit. De motu et actionibus vitalibus cur non remaneant ablata causa, sicut remanet calor, reddit optimam rationem, quia videlicet esse motus nihil aliud est nisi quam fieri, et quia fieri non potest, esse sine agente, ideo nec motus sine movente. Sic etiam actiones vitales exigunt conservari a sua causa efficiente quia essentialiter fiunt a principio vitali.

Constat igitur ex dictis aliqua conservari a causis 2.^is et a Deo, aliqua a Deo solo, nunc videndum est quid ipsa sit conservatio.

Sanctus Thomas 1.^a parte quaest. 104.^a art. 1. ad 4.um de potentia quaest. 3.^a art. 3.º ad 6.um et communiter omnes Thomistae dicunt conservationem non esse realiter distinctam a 1.^a rei productione, sed tantum ratione connotati.

Conservatio non est realiter distincta a 1.^a productione

Pbatur 1.º conservationem esse rem quae semper pendet ab eodem agente non esse realiter distinctam a 1.^a rei productione, sed tantum ratione connotati.

Pbatur 2.º ratione, quia id quod ad 1.^am pertinet, quia v.g. in conservatione lucis a sole, omnia quae sunt in 1.^a productione, sunt etiam in conservatione, ergo non debet dici quod conservatio sit actio realiter distincta a 1.^a productione. Pbatur ans quia est idem realiter terminus actionis, scilicet lumen, aliquin non esset conservatio, sed semper nova productio alterius rei. 2.º idem est principium actionum, Deus scilicet et sol, nec interest

excedit tempori ulla discontinuatio, v.g. per instans tamen non conservaret, annihilaret in illo, unde postea non deceret conservari, sed denuo produci, ergo simpliciter conservatio non est actio realiter distincta à prima productione.

Confr. quia conservatio est una actio, quatenus durat toto tempore post primum instans, ergo realiter est eadem actio cum prima productione.

Ad 2.am partem, quod sit ratione connotati distinguatur conservatio à prima productione, probatur, quia productio connotat negationem antecedentem termini qui de novo producitur, quod idem est, connotat novitatem essendi, conservatio vero connotat ipsum terminum non tunc primo existere, sed prius existisse, ergo ratione huius connotati distinguitur conservatio à productione.

Obm. ubi conservationem caus. rer., quae non semper pendent ab eodem agente, sed fiunt à causa prima et 2.a, et postea conservant à sola causa prima, dum inquam est conservationem esse actionem distinctam realiter à prima productione.

Resp. Neg. quotiescumque non persistens idem agens operando circa eundem terminum non persistit eadem actio, quia actio non solum individuatur à termino, sed etiam ab agente, pendetque sed ipsa formaliter à tali agente, atque adeo impossibile est, ut ea permaneat, nisi permanet agens in operando, sed ita se res habet in casu nostro, cum sermo sit de conservatione caus. rer. quae non semper pendent ab eodem agente ergo. Et licet permaneat actio causae primae conservans eam, actio quae pendebat etiam à causa 2.a quia tunc illa actio erat prius identificata cum actione causae 2.ae si pereat actio causae 2.ae, perit etiam actio causae primae, quae erat

erat identificata cum illa, et statim supplet alia loco illius

Atq. haec breviter de conservationū.

Disputatio 3.a

De Alteratione

Quaestio 1.a

Quid sit Alteratio

Bene definitur Alteratio hic textu 27. Alteratio est mutatio manente subiecto sensibili existente in eius categoria aut contrariis, aut mediis. Per mutationem locus generis, in quo convenit cum genere. Per subiecto sensibili existente, etc. per hoc differt a generatione, cum in generatione non maneat idem subiectum sensibile, i. specificum denominationis cum utroque termino. Per illas partes: passionibus aut contrariis, aut mediis. Per istas particulas differt Alteratio a reliquis aliis motibus, alteratio n. est ad qualitates contrarias quod non convenit aliis motibus, vel ad qualitates medias quae componuntur ex his qualitatibus. Ex quibus tres colligitur (in-) telligentiam conditiones alterationis notandae sunt, 1.a ut sit ad qualitatem sensibilem, 2.a ut qualitas quae per alterationem acquiritur non sit cum aliquo alio, ita ut sequatur tantum ad alterius acquisitionem, quae non acquiratur per propriam actionem. 3.a ut ea qualitas habeat in subiecto aliam sibi contrariam, ita ut acquisitio eius sit

[margin:] Alteratio est mutatio etc.

[margin:] Tres conditiones Alterationis

sit dependenter ab alio. Hinc autem colligitur verum esse id quod docet Arist. 1° Phys. textu 25°, non dici alterari illud quod fit domus, aut cum mutat figuram, primum quidem ex defectu 3ª conditionis non est dicendus alterari qui acquirit virtutem, et etiam quia non fiunt necessario ex contraria qualitate acquisita, et nonnisi ex defectu 1ª conditionis, quia non est motus ad qualitatem sensibilem. Illud vero quod mutat figuram, neque est dicendus alterari ex defectu 2ª conditionis. Item ex defectu 3ª conditionis non est alteratio ad lumen cui nihil est contrarium.

Terminus alterationis est qualitas s.

Breviter ergo. Alteratio est mutatio ad qualitates, et ad eas quae fiunt ex principiis 1arum qualitatum. Atque ex his habes quis sit terminus alterationis, i.e. est qualitas sensibilis, et quo differt alteratio a generatione, quia haec per terminum primum respicit.

Quaestio 2ª

An alteratio sit continua

Continuitas duplex. s

Duplex continuitas consideratur post divisionem alterationis, altera ratione formae, seu qualitatis ad quam est alteratio, cum ea forma habeat latitudinem seu plures gradus; altera continuitas potest considerari in motu alterationis ratione subiecti quod est quantum et extensum. De utraque continuitate hic est quaestio, an scilicet alteratio ita sit motus continuus ut successive et continue sine ulla interruptione, unus gradus acquiratur post alium, et continuatio etiam ac successive una pars subiecti alteretur post aliam ac non cum aliqua interruptione.

Plures Thomistae negant continuitatem alterationi, differunt tamen inter se, nam primo Capreolus, Soncinas, Javellus fa-

vel:

velut, [illegible] [illegible] neq. est continua [illegible]
extensiva. At [illegible] nego continuitatem successivam, concedo
autem extensivam. [illegible] [illegible] q. si [illegible] [illegible] 6.a [illegible]
[illegible] quo ad 1.um gradum caloris v.g. et 2.um [illegible]
[illegible] [illegible] non ens successivam per continuatum, sed cum 1.um
accedit [illegible] v.g. ad aquam [illegible] [illegible] gradum minimum
caloris in [illegible] instanti introducitur [illegible] minima aqua
[illegible] [illegible] in [illegible] albedinem est continua tam [illegible]
formae, quam [illegible]

Primi fundatur in hoc [illegible], quia [illegible] albedo [illegible] eandem con:tinuitatem [illegible] in quolibet instanti temporis assignabili in quo fit albedo extensam est qualitatem ad novam partem continui [illegible] et novam partem [illegible] [illegible], [illegible] instanti cuiuslibet temporis assignabilis [illegible] [illegible], [illegible] in [illegible] v.g. [illegible] in qua [illegible] albedo [illegible] qualitatem est extensam, et [illegible] in [illegible], quia in quolibet instanti [illegible] est qualitatem ens extensam ad novam partem [illegible], et novam partem qualitatis est [illegible]

Secundi vero [illegible] in eo, quia qualitas contraria [illegible] omnes gradus intensivos expellit simul [illegible] in instanti a [illegible], q.a [illegible] qualitas [illegible] expellit [illegible] omnes gradus intensivos simul introducitur in [illegible] [illegible], et [illegible] non per modum intensionis successivam et continuum. [illegible] [illegible] [illegible] gradus frigoris v.g. quos habet aqua [illegible] [illegible] [illegible] atq. [illegible], q. non est maior [illegible] quare unus [illegible] prius expellatur, quam alter, quare vel nullus expellitur, vel omnes simul [illegible] expelluntur per introductionem caloris, q.o omnes gradus caloris introducuntur, et [illegible] successive [illegible] continuum.

Tertii denique fundatur in eo quod [illegible] accidentibus [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] minima parte [illegible], [illegible]

calor

calor potest introduci usque ad summum gradum, et ita vel
successive introducetur etiam forma ignis, vel calor summus
insensibilis habet eum formam aquae. Probatur quoad [illegible]
absurdum, primum quidem quia forma ignis non potest esse sub
qualibet minima quantitate minore, et minore in infinitum.
2um vero quia ultima dispositio ignis non potest esse simul forma
ignis, et forma aquae, quae debet expelli simul uno tempore
g. non potest introduci calor intensior, et etiam calor minimus
est quod introducitur aliqua minima pars, in minima adhuc sibi
determinata, statim ac agens applicatur passo, quia agens debite
applicatum statim debet agere.

Dico contra sed Auctores et primum Philos. 5o Phys. textu 59 ubi
ait, alteratio quaedam motus continuus est, et simpliciter
quidem unus, et continuum esse necesse est, et 3o Physicorum textu
primo ait motum esse de genere continuorum, sed Alteratio per
se est motus in qualitate, et in ipsa Alteratione est proprissimus
motus, g. [illegible] et textu 45o ait de Divisione numerica mo-
tus ait motum esse unum numero, si sit continuus, con-
tinuum vero esse si fiat tempore continuo, si autem inter-
rumpatur tempus, et mobile quiescat, postea vero moveatur
non esse eundem numero motum, sed alium numero distinctum
g. unus motus Alterationis non potest fieri in tempore discreto
sed continuo, et sine interpositione quietis.

2o. Contra est ratio, et quidem contra primum modum, quia si
Alteratio fieret dispersim per minima, sequeretur quod agens remis-
sissimum, et agens intensissimum aequaliter agerent, quod est
absurdum. Sequela probatur quia utrumque agens produceret mini-
mum gradum in minima parte passi, ac per inde aequaliter
agerent. Neque dicas agens intensum agere celerius, et re-
missum tardius, quia dum agens intensum producit suum mini-
mum

mum, quia debile, vel nihil aget, vel aliquid non p.am quia utrumque agens est necessarium, si 2.am, hoc est est contra rationem minimi, nam hoc est producere minus minimo, quod erit contra utrumque. Atque hoc eo militat etiam contra 2.um modum.

Contra 2.um modum est alia ratio, quia si alteratio non esset continua, requireret agens necessarium debite applicatum passo non statim agere, quod est contra naturam agentis necessarii. Item 2.a ex quia post quam agens acquisivit p.um minimum, tempore illo quo quiescit, antequam acquirat 2.um, est debite applicatum passo, ergo toto illo tempore debet agere et consequenter continue.

Atque hoc argumentum urget etiam contra 1.um modum ut patet.

Neque dicas ideo fieri, quia agens non inducit formam in aliquo minimo disponere illam ad formam suscipiendam, atque adeo adhuc quamvis licet non introducat formam v.g. caloris. P.o quia illa dispositio est superflua, praesertim vero in intensione formae, nam hoc casu gradus debet disponi ad alium, quia forma accidentalis et sic est dispositio ad formam accidentalem, et si requireres aliam dispositionem daretur processus in infinitum, nam haec dispositio requireret aliam dispositionem.

Contra 3.um est quia si p.um minimum qualitatis in p.a parte sibi simul acquireret, eodem modo reliqua qualitas dicenda esset in reliquo subiecto acquiri, cum non sit maior ratio [illegible]. Atque ex his manet impugnata p.a sententia.

2.a sententia communis est alterationem tam quo ad intensionem quam quo ad extensionem continuam esse, ita omnes Aristotelis interpretes, Burleus, Conimbricenses, [illegible].

Alteratio est continua

Ad intelligentiam autem notandum est, nos hic non agere de alteratione quomodocumque sumpta, v.g. de intellectione,

et:

illuminationis, separationis, quae ratio sua fiat in
instanti, et si se [illegible] requirant aliquam successionem:
resp. ergo loquimur de alterationibus, quae successivis in quib.
agens est eodem modo applicatum omnibus partibus pass.,
ut cum aqua [illegible] ad principium [illegible], vel ab extrin-
seco frigore congelatur in [illegible] casibus [illegible] agens sit ap-
plicatum omnibus partibus pass. eodem modo producit in partibus
[illegible], licet debeat sit successio in [illegible], quatenus prius ac-
quirit [illegible] unum gradum, et postea [illegible] alium. Loquimur ergo
de iis alterationibus, quas ag. producit quando habens [illegible]
contrarium, vel [illegible] producendo qualitas successive [illegible]
quando agens non est eodem modo applicatum omnibus partibus pas-
si, [illegible] est propinquius, et ab altera [illegible].
Vm est [illegible] hoc modo explicari [illegible], nec [illegible]
[illegible] interpolari, [illegible] aqua applicata igni continue
calescit.
Pro contra, agens [illegible] applicatum [illegible] necessario
agit, et sine ulla intermissione, si ignis debitè applicatus
aquae per horam [illegible] continue, et sine intermissione calefaciet
aquam.
Contra, quia si ignis applicatus aquae post quam in 1° instanti
produxit aliquid caloris, per aliquod tempus [illegible] cessat ab
actione calefaciendi, quaero, quanto non debet [illegible]?
numquid unum momentum? et cur non potius sufficeret dimidium
momenti? et cur sufficit unum momentum, et non requiritur
duo?
Confir. 2°, [illegible] ratio cur ignis applicatus aquae per
horam non continue calefaciet, [illegible] interpolata in-
terpolata.
Resp. Thomistae contra [illegible] quia quantitas [illegible] minimum
[illegible]

pote, quo minus ad post natiter produci, nec minimum illud caloris producendum est post ... ex quo necessario sequitur illud debere produci in instanti. Ad ergo p.um minimum caloris producitur in p.o instanti, 2.um minimum caloris non poterit produci immediate post p.um quia post instans non sequitur instans, sed n. tempus [illegible] et [illegible] p. a p. ad ultimum fit ut post p.um instans in quo p.um minimum caloris est productum debeat elabi aliquod tempus donec veniat 2.um instans, in quo producatur 2.um minimum caloris.

Sed contra, p.o quia non dantur talia minima in qualitate, et momentum consequent: 2.o quia talia minima ex ipsis adversarios esse partialia qualitati non possunt indivisibilia, sed divisibilia, cum ergo non possunt produci successive prius una pars deinde alia. 3.o quia si darentur minima deberent produci per intervalla [illegible], ut bene probat obiectio, sed hoc est absurdum, imo plane impossibile, q.o [illegible] necessarium applicatum passo semper agit, et si non semper ageret [illegible].

Minima natia non dantur.

Dices dantur talia minima natia in viventibus, ergo etiam in qualitatibus.

R.o neg. conseq.am, disparitas est, quia viventia de ratione sua et operari ex quibus organa quaedam quae non possunt conformari nisi in quadam certa mole magnitudinis ac: debeat, ut necesse sit dicere intra quandam certam magnitudinem, [illegible]. Hoc autem ratio non militat in qualitatibus, neque in illis, ideo [illegible].

Dices, in mixtis inanimatis et elementis dantur minima natia, ergo etiam in qualitatibus.

R.o p.o neg. ant., probabilius n. est in mixtis inanimatis atque elementis nullam esse tam minimam partem, quae dari

non

non ponit alia minor, quod si propter exiguitatem
non possunt conservari, hoc ideo est, quia propter exi:
guitatem non habet vires quibus resistat contrario ambienti.
R.o 2.o si admittatur talia minima in mixtis, et elementis, non
per hoc admittenda sunt in qualitatibus, disparitas est quia
elementa et mixta, formas habent substantiales multo
nobiliores quam accidentales, hoc igitur est, et aliquid
exigant formae substantiales certam q. magnitudinem quam non
exigatur a formis accidentalibus.
Dices, qualitates habent terminum magnitudinis, ultra quem
non crescant pariter ergo habent etiam terminum parvitatis,
infra quem non possunt decrescere, probatur ergo quia calor non
est naturaliter productibilis supra octavum gradum.
R.o neg. conseq. et parit., quia calor non est dispositio ad formam
substantialem ignis, unde non potest naturaliter crescere supra exi:
gentiam formae substantialis, at nulla est substantialis forma ignis
a.g. quae exigat ultra octavum gradum caloris. At vero
parvitatis terminus non est unde ponatur calori in parvitate.
Nunc solvenda sunt fundamenta 2.ae sententiae.
Ad primum r. non sequi infinitum sive in extensione, sive in
intensione, nec syncategorematicum quia non dantur assignabilia in:
divisibilia neque in toto, neque in qualibet assignata, neque
in toto infinito, item quia mediant partes aequales non
communicantes, sed tamen finita, possunt autem assignari in:
finita inter quae mediant partes proportionales, quae ut
olim diximus non faciunt infinitum syncategorematicum. Imo
in nostra sententia cum non admittamus partes actu in
quanto neque indivisibilia actu, sed tamen potentia, neque sequitur
infinitum actu nisi [illegible] syncategorematicum, sed tamen potentia,
cum sit assignationis [illegible] dabuntur partes neque indivisibilia
actu

actu in medio continuus.

Ad 3.um resp.o pendet ex opinione infra explicanda an gradus qualitatis sint homogenei an ethereogenei. Si quidem sint homogenei, nulla est difficultas, nam a causa determinatur quae prius nec illa pars destruatur vel introducatur. Si vero sint ethereogenei, facilior est solutio, quia sicut unus gradus constat prius produci quam alter, ita etiam per [illegible] ordinem in destructione.

Ad 7.um etiam supponit quod formae accidentales habeant hoc minimum.

Obst. Arist. 8.o Phys. texto 23., ubi ait, dicere continuo alterari, valde manifestum est repugnare, ergo Arist. negat continuitatem alterationis.

R.o Arist. eo loco agit contra antiquos Philosophos, et praecipue contra Heraclitum, asserentem omnia continuo in perpetuo moveri et alterari, negat autem Arist. non dari hanc perpetuam alterationem.

Obst. 2.o ex Arist. 8.o Phys. texto 69. quodlibet permanens sit p.um sui esse, sed si alteratio esset motus successivus continuus etiam [illegible] sit [illegible] quantitatis quia sit p.um durationis, quod est quod permanens non habet p.um sui esse ergo.

R.o rem permanentem quatenus est ex se incipere per p.um sui esse si aliquid, non obstat, quia quatenus est ex se fit tota simul, sicut tota simul est, atque adeo est ex se p.um sui esse, sed sicut non repugnat illi ut sit divisibilis, fieri non tota simul, sed pars post partem in tempore, ita illi non repugnat incipere per ultimum non esse, et ita fit quatenus continuum est ex se. Quando autem Arist. 8.o Phys. texto 69.o docet res permanentes incipere per primum

pri

principij et terminatione explicari debet de inceptione for-
marum substantialium, . . . inveniuntur. Addit autem ibi
exemplum de albo, non quod possit albedinem . . . ta-
men earum formarum quae incipiunt intrinsece, sed ad mai-
orem explicationem. Addo qualitates posse dici incipere intrin-
sece in gradu determinato, quia verum est dicere nunc
primo habet v.g. quartum gradum caloris in subjecto, immediate ante
non erat. Sed hoc petit longiorem explicationem, quomodo
nimirum incipiat, et desinat qualitas et forma substantialis, quae
desideratur pro libro.

Quaeres unde proveniat continuitas a tempore

R. provenire primo potest ex continua applicatione agentis
ad passum, quia continuitas reperitur etiam in ijs
quae non habent contrarium, ut illuminatio, quae successive
fit per successivam applicationem causae illuminantis. 2°
ista continuitas provenire potest ex resistentia contrarij,
nam quilibet motus ad primas qualitates est cum resistentia
contrarij, ergo nullus motus ad primas qualitates poterit esse
instantaneus, sicuti est illuminatio quae fit sine resisten-
tia contrarij. Probatur ergo quia prima qualitas v.g. calor
ut quatuor non producitur totus simul, ut patet experien-
tia, atque hoc propter resistentiam frigoris, cum ergo quae-
libet pars caloris sit homogenea, habebit etiam suam
resistentiam, et consequenter non poterit produci instantanee
sed successive.

Quaestio 3a

Quomodo qualitates contrariae possint esse simul

Prima sententia ait qualitates contrarias in summo i. gradu perfectissimo
posse esse simul. Fundamentum est. Qualitates contrarias certum
esse simul in gradibus remissis, ergo etiam in summo. Sed ante
experientia aquae tepidae, in qua est aliquid frigoris et caloris,

sed

pro 2ª sequentia quia virtutem istius est gradus remissus et summus,
praeterea 8 gradus sibi proponere, quare duae qualitates
possunt esse simul in gradu remisso, etiam in summo.

2ª Sententia negat qualitates contrarias, vel in summo, vel in gra-
du remisso posse esse simul. Fundamentum est, quia eadem ratio est
qualitatis contrariae in gradu remisso, quam in summo, sed in
summo non possunt esse simul, ergo neque in remisso:

3ª Sententia tandem ait qualitates contrarias in gradu remisso posse esse
simul, non tamen in gradu summo. Pro intelligentia

Notandum est qualitates habere maiorem, et minorem intensionem,
ut patet in calore, et frigore, quod modo maius, modo minus
est. Haec tamen intensio non potest crescere in infinitum, quia non
datur quantitas infinitae intensionis, sed habet certam latitudinem et
certos terminos: communiter philosophi accipere dividunt hanc
intensionem in octo partes aequales, vel in octo gradus.

Notandum 2º. Auctores 3ª sententiae ita se explicant, ut velint in
subiecto semper esse debere latitudinem octo graduum ex qualitatibus
contrariis, neque enim posse excedi. Loquuntur autem de primis
qualitatibus; non enim verum est id de aliis omnibus, quae ali-
quando possunt esse remissae in subiecto, et non habere latitudinem
octo graduum, ut patet in lumine, quod modo est maius, mo-
do minus sine admixtione contrarii. At vero in primis
qualitatibus contrariis, non hoc modo se res habet, sed aqua
aqua habens frigus in summo, quantum recipit caloris, tan-
tundem amittit frigoris, si recipit duos gradus caloris, du-
os amittit frigoris, ac ergo inde fit simul sex gradus fri-
goris et duo caloris, ita ut ambo expleant latitudinem octo
graduum; ac per inde volunt istas qualitates in gradu
remisso posse esse simul hoc modo explicato.

Prima qualitates contrarias in summo non posse esse simul in
eodem subiecto, supponendo habere latitudinem, hu-

Qualitates contrariae non possunt esse in eodem subiecto

repugnat possunt esse simul per Dei potentiam, sicut d[uo]
plura corpora possunt esse in eodem loco per Dei po-
tentiam, et se penetrare, quod aliter repugnat, ita poter-
unt esse simul duae qualitates contrariae in summo in eo-
dem subiecto.

Pr[obatur] contra 1° experientia qua nunquam habemus in eodem subiecto
summum frigus et summum calorem, imo quantum intenditur
calor, tantum remittitur de frigore; ergo patet experientia quod aliter
qualitates contrariae in summo non possunt esse simul.

Pr[obatur] 2° quia si qualitates contrariae in summo possent esse simul
nulla substantia corrumperetur, nam qualitates non corrumperentur
a contrariis, manentibus autem qualitatibus, manerent dispositi-
ones ad formam, et per consequens posset remanere forma; ergo
nulla [illegible] corrumperetur.

Pr[obatur] 3° ex fine generationis, nam si qualitates contrariae possent esse
simul in summo, non possent se invicem expellere a subiecto; ergo
non posset fieri generatio, nec corruptio. 2° pr[obatur] ex fine
mixtionis, nam non posset fieri mixtio quae requirit re-
fractionem, et temperationem qualitatum. Ratio autem quia non est
quod qualitates in summo non possint esse simul in eodem
subiecto, est subiectum ipsum, quod non est capax nisi certo gra-
duum qualitatis, ex quo fit, ut quantum producitur unius
qualitatis, tantum deperdat alterius, ideo [illegible] a potentiori,
succumbit [illegible] ita fieri.

Qualitates possunt esse in remisso gradu

Dico 2° qualitates contrariae in gradu remisso possunt esse
simul in eodem subiecto, et modo quo explicatum est supra
in [illegible]

Pr[obatur] 1° ex textu 5° Phys. textu 19. ubi ait qualitates unit-
ri et remissioni contrarii; ergo si [illegible] frigus remit-
titur per admissionem caloris; ergo qualitates contrariae

sunt

pert simul in gradu remisso - 2° pr quia agens
calidum agit in contrario frigido, ut ferrum can-
dens immersum in aquam calefacit aquam, et e con-
tra refrigerat ab aqua, si aqua dum calefit retinet ali-
quid sui frigoris, et recipit aliquid caloris, et ferrum
dum frigefit retinet aliquid sui caloris

Confir quia in aqua tepida certum est ibi esse calorem et
frigus, ergo simul sunt qualitates contrariae. Ro quod resp
si ponatur in aquam tepida aliquid quod sit calidum
in summo u.g. ferrum ignitum, aliquantulum minuitur
calor ferri, quia frigefit, cum ergo ille calor in ferro
minuatur, et continuo ibi debet produci aliquid frigoris
sed illud frigus non producitur nisi a frigore existente in
aqua tepida, ergo vere in ea aqua est aliquid frigoris
Datur etiam et aliquid caloris ut patet ex terminis.
in ea aqua simul est calor et frigus quae sunt qualitates
contrariae

Dices in aqua tepida non esse simul calorem et frigus sed
unam quandam qualitatem quae virtualiter est calor et
frigus

Sed contra est pr quia illa aqua ex frigida pervenit
ad teporem per calefactionem, per hanc autem producitur
calor non qualitas media

2° intermedio tempore in illa aqua fit calor et frigus plenus
si lassimus ibi eiusmodi calorem et frigus quod non est ne-
cedenda illa media qualitas virtualis calor et frigus. Rursus
quaero an frigus aliquando fuerit in illa aqua vel non
si fuit quando ergo totum frigus desijt? an quando in-
cipiebat calefieri, an vero aliquanto tempore post: si primum
est contra experientiam, continet n. frigus totum in aqua
non

non statim corrumperet aquam quia contrarium agit in ignem, alio:
quia deberet esse aliquando [illegible] idem cum qualitates [illegible]
illa essent in summo, sed ea non sunt in summo, [illegible]
ibi aliquid contrarij introductum est, per quod aliquid sit
expulsum. Ad 2um tam facile expellitur, quia cum pa:
timus contraria aliquanto tempore in gradu remisso cons
esse simul. 3o quia quando ignis calefacit aquam, non
esset agens a quo produceretur illa qualitas remissa, quia
ignis quantum est intendit producere calorem et siccitatem
quibus tanquam instrumentis producat sibi simile, unde per
tandem calefactionem continuatam auget calorem usque ad
octavum gradum, sed ergo per calefactionem nihil aliud
producit quam calorem non est aliquod agens a quo
produceretur illa qualitas media.

3o Probatur, quia certum est in mixtis esse elementa,
vel actu vel virtute, hoc autem non potest esse nisi ra:
tione qualitatum contrariarum remissarum in materia mix:
torum.

Probatur 1o quia si non essent qualitates contrariae in subiecto
ad qualitates producendas in infinitum non necessarium, sed
esse quia si non essent qualitates contrariae non esset re:
sistentia, sed autem non sit resistentia, neque etiam necessario.
Ult.o pro, quia habitus temperantiae in gradu remisso, potest
esse simul cum habitu intemperantiae, quia temperantia ge:
nerat paulatim ut plurimum per plures actus, [illegible]
non corrumpit habitum intemperantiae nisi paulatim [illegible]
forma quae corrumpitur, per ultimum esse in materia, in
eodem instanti reperiretur in materia duae formae vitales
incompossibiles. Plura hac de re apud Auctores.
Atque haec satis de alteratione.

Disputatio 4.a
De Rarefactione, et Condensatione.
Quaestio 1.a
Quid sit Rarum, et Densum

Quia Rarefactio et Condensatio est etiam motus ad quantum, ideo post dicenda de his agit tanquam de speciebus Alterationis.
Definitur rarum et densum hoc modo. Rarum est quod sub magnis dimensionibus parum habet materiae. Densum est quod sub parvis dimensionibus multum habet materiae. utraque definitio colligitur ex Aristot. 4. Physic. textu 84°, et utraque fun: datur in communi sensu quo loquuntur homines de raro ac denso, nam cum videant v.g. fumum vel aquam [illegible] dilatari, et occupare maiorem locum, di: cunt illud rarefieri, et rursus cum remoto igne idem videntur concrescere, et minus loci occupare, dicimus densari.

Rarum est quod parum sub magna [illegible] hab. Densum est quod multum sub [illegible] hab.

Sed notandum est, dum dicitur magnis, vel parvis dimensionibus, id est extensionibus in ordine ad maiorem vel minorem lo: cum, non debet intelligi de actuali extensione, sed de ap: titudinali, seu de exigentia magnae, vel parvae dimensionis, ita

ita ut saepe sit, rarum est quod paucam habens materiam exigit magnas dimensiones, sive extensiones in ordine ad maiorem locum, densum vero, quod multam habens materiam paucas exigit extensiones in ordine ad minorem locum. Ratio hujus rei est quia potest reperiri rarum, sine actuali magna extensione in ordine ad locum: et e contra potest reperiri densum sine actuali parva extensione in ordine ad locum, quando dicitur magna, vel parva dimensio vel extensio, non est intelligenda actualis dimensio, sed aptitudinalis: sit ergo v.g. in Eucharistia, caro Christi rarior est quam ossa ipsius, et tamen ibi neq. caro, neq. ossa magnam aut parvam habent extensionem localem actualem, sed solum aptitudinalem, seu caro quantum est ex se, quia rarior est exigit magnam, ossa vero quia densiora exigunt parvam dimensionem.

Notandum 2. Dictas particulas paucam aut multam materiam accipiendas esse comparative ad ipsas extensiones cum v.g. dicimus quod aer habeat paucam materiam, et ignis tamen magis, si ea materia comparetur ad parvam extensionem dicitur parva; et contra vero si eadem pauca materia comparetur ad extensionem quam habet in condensatione dicitur multa, ergo paucam aut multam materiam accipi comparative ad ipsas extensiones.

Explicata definitione Rari, et densi, videndum est per quid fiat Rarum et densum.

Quaestio 2ª

Per quid fiat Rarum, ac Densum formaliter

Sensus quaestionis est quid sit illud ratione cuius Rarum exigit

git maiorem extendi et densum parum extendi, v.g. ut participamus in exemplo supra posito, à qua forma habeat rationem exigendi maiorem locum, vel parvum, ea forma est raritas vel densitas.

2a. Sententia vult illud corpus esse rarum, quod intra suas partes habet vacuitates: et è contra illud esse densum, quod non habet illas vacuitates.

Haec sententia non est vera, et à nobis impugnata est in Physicis ubi probavimus non dari vacuum in natura.

3a. Sententia ait in rarefactione acquiri novam quantitatem, et in condensatione amitti, unde rarum illud est quod habet plus quantitatis, densum vero quod habet minus quantitatis, nam ex illa maiori, vel minori quantitate sequitur exigentia ad occupandum maiorem locum, vel minorem.

Rarefactio non fit per maiorem augmentationem.

Haec sententia impugnatur hoc modo. Si in Rarefactione acquiritur maior quantitas, sequitur dari absurdum, vel quod duae partes quantitatis sint in una, et eadem parte materiae, vel quod aliqua pars quantitatis non sit in subiecto. Probatur sequela ~~[illegible]~~ quando funiculus erat densus, cuilibet parti materiae correspondebat pars inhaerens quantitatis, ergo quando in rarefactione acquirit novam maiorem quantitatem, partes novae quantitatis vel recipiuntur in eadem parte materiae, in qua est quantitas antiqua, vel remanent sine subiecto, ergo sequitur vel quod duae partes quantitatis sint in eadem parte materiae, vel quod aliqua pars quantitatis non sit in subiecto. Neque potest dici produci etiam in rarefactione novas partes materiae in quibus recipiantur novae partes quantitatis: productio non est quia materia non producitur, sed creatur. Ratio est quia si in Rarefactione producerentur nova materia, et nova forma non esset Rarefactio sed augmentatio. Rarefactio autem fit manente prorsus eadem materia quae prius erat, mutatis solum dimensionibus.

3a Sen:

3.a senta ait rarefactionem fieri per intrusionem aliquor(um) corpusculor(um) in partes ac poros illius quod rarescit, condensationem vero fieri per extrusionem eorundem corpusculor(um) ex poris corporis quod densatur. Ita Democritus, Volupt. p.

Haec senta impugnatur quia si rarefieri esset dividi partes corporis quod rarescit et intrudi corpuscula inter partem et partem distinctam, et e contra si condensari nihil aliud esset, quam extrudi ea corpuscula, et partes reconiungi, sequeretur quod ignis esset maxime rarus et maxime densus quod est absurdum. pr. seq. quia ignis habet partes maxime coniunctas ergo esset maxime rarus, et maxime densus pr. ant. quia ignis habet partes maxime homogeneas, et ex alia parte habet maximum calorem qui congregat homogenea, ergo ignis esset minime rarus, et maxime densus.

Impugnatur 2.o quia si rarum est id quod habet partes disunitas in mixtis corpusculis sequeretur quod ignis esset densus, quia ex sententia distinctio partium in rarefactione fit a calore dissolvente temperiem et dispositiones debitas illi unioni, qua partes uniuntur, sed calor in igne quanto magis crescit, tanto magis roborat dispositiones debitas igni ergo calor in igne non poterit disunire partes, ergo ignis habens partes bene unitas erit densus.

Impugnatur 3.o dantur multa rara, in quibus assignari non pot(est) quod corpuscula contineantur, ergo ratio non est quod intra partes sint corpuscula pr. ant. ignis est rarus, ut patet, et tamen non potest assignari quod corpuscula contineat in igne ergo. Ultra contra hanc sententiam agit(ur) a Gassendo qui damnata fuit senta ... in terra, et planetis.

4.a senta ait in Rarefactione produci aliquam quantitatem novam, corpori in quo ipsa rarescit; debet enim maior extensio

bo-

localis: et e contra in condensatione producit aliam qualitatem, ratione cuius corpori cui ipsa inest, debetur minor extensio localis. Ita Suarez, Ruvius, Vitadus, Soninus et est communis.

Dico est in rarefactione produci qualitatem ratione cuius debetur corpori maior extensio localis, quae qualitas vocatur raritas. Et in condensatione produci aliam qualitatem ratione cuius debetur corpori minor extensio, quae qualitas vocatur densitas. Haec sententia probatur primo ex impugnatione aliarum opinionum, 2° ex solutione obiectionum in contrarium, 3° quia posita ista qualitate de qua disputabimus quaest. sequenti quid sit, habetur raritas et densitas, ergo raritas et densitas bene salvatur per istam qualitatem ratione cuius debetur corpori maior vel minor extensio in ordine ad locum.

Ob. 1° pro 3ª sententia sicut se habet tarditas et celeritas in motu locali, ita se habet raritas et densitas in corporibus permanentibus, sed tarditas in motu locali fit per morulas interpositas inter partes motus, et celeritas fit per ablationem talium morularum. ergo etiam raritas fit per interpositionem corpuscularum inter partes corporis quod rarescit, et densitas per extractionem talium corpusculorum. Maior probatur quia sicut tarditas in motu locali est id, ratione cuius pars illa motus exigit maiorem extensionem in ordine ad tempus, seu longiorem durationem, celeritas vero est id, ratione cuius corpus exigit breviorem durationem. ita raritas est id ratione cuius corpus exigit maiorem extensionem in ordine ad locum, densitas vero est id ratione cuius exigit minorem extensionem localem, ergo sicut se habet tarditas et celeritas ad motum, ita etiam se habet raritas et densitas ad corpus, cum tamen argumentum quia non potest assignari in quo alio consistat tarditas motus, nisi in in-

ter-

In rarefactione producitur qualitas. 7

terruptione motus, interpositis morulis aliquibus: et e con:
tra celeritas in continuatione partium motus exclusis morulis.
R.o conc. ma., neg. min.: tarditas n. in motu non oritur ab in:
terruptione interposita quietis, seu morae, nec celeritas in
motu, oritur ex continuatione motus, sed maior celeritas
aliquando oritur a minori resistentia medii, per quod fit
motus; et e contra tarditas a maiori resistentia, sic lapis
celerius descendit per decem passus aeris, quam per totidem
passus aquae, quia s. minus resistit aer, quam aqua.
Aliquando celeritas orit. a maiori virtute motiva, sicut tardi:
tas a minori, sic celerius per eundem aerem movetur lapis
proiectus a viro, quam a puero, quia s. maiori vi im:
pellit. a viro quam a puero. Aliquando celeritas in motu
orit. a maiori conatu ipsius moventis, sicut tarditas a minori
conatu: illae n. eadem partes motus, quas successive pertran-
sita, celerius producunt, si maiori conatu nitatur,
quam si minori. Sicut ergo celeritas in motu non oritur a
continuatione partium exclusa mora, neq. tarditas a discon:
tinuatione partium interposita mora, ita neq. raritas in
corpore orit. a discontinuatione partium interpositis cor:
pusculis, neq. e contra densitas a continuatione partium
exclusis corpusculis.

Obs. 2o. Spongia rara dr cava quando sub multos poros variis
corpusculis repletos, et rara dr densa, cum exclusis iis cor-
pusculis clauduntur. Ergo rarefactio fit per intrusionem cor:
pusculorum, et e contra condensatio per extrusionem.
R. transeat ant., dist. conseq.: rarefactio saepius dr quae fit
per intrusionem corpusculorum neg., quandam aliam rarefactionem tran:
seat: vel omnis rarefactio fit per intrusionem corpusculorum neg.
aliqua transeat, nos ergo non solum quaerimus quid sit verum
in

in spongia, sed etiam quod sit rarum in genere. Nota hic cum Scalig. exerc. 74.a num. 8.o rarum ex communi hominum sensu duplex esse, aliud quod habet partes distinctas interpositis corpusculis ut spongia, pumex, aqua, bulla, eiusdem et similia. Aliud rarum est quod habet partes suas tenue cohaerentes, ut v. g. ignis, aqua, aer, et aether. Primum rarum solum etiam quia constat ut supra definitum est, non spongia partes, sed continent corpuscula, quae non sunt idem occupant spatium: at rarum definitum ab Arist. semper suis partibus modo maiorem occupat locum quam eaedem partes in densitate occuparent, adeo ut idem quod densum parum spatii occupat, in raritate plurimum spatii occupare; et sic communis hominum sensus est eiusdem rarum quod dicitur de spongia, aliud quod dicitur de igne, illud omnes concipiunt habere interposita corpuscula, hoc non item.

Rarum duplex

Obj. 3.o si condensatio cerae v. g. non fit per exclusionem corpusculorum et partium coniunctionem sequitur duas partes cerae esse in eodem loco, et se penetrare, sed hoc est absurdum. ergo. Pro seq.a sit cera liquefacta occupans duos palmos loci, deinde redigitur ad unum palmum: tunc hoc casu duae partes cerae quarum una occupabat superiorem palmum vasis, et altera alterum sunt in eodem palmo loci, ergo duae partes cerae in condensatione se penetrant.

Confir. 1.o quia illae partes cerae, quae in rarefactione occupabant inferiorem palmum vasis, retinent in condensatione eundem locum, sed illum eundem locum in condensatione occupat pars altera cerae quae in rarefactione occupabat superiorem palmum vasis, ergo in condensatione duae partes cerae se penetrant in eodem loco.

Confir. 2.o, quia in rarefactione tot erant partes cerae, quot partes

vasis

vasis superioris, et cuilibet parti vasis correspondebat
una pars ceræ; tum quando cera condensatur omnes eius
partes incipiunt correspondere tantum partibus vasis, quæ sunt
in 2° inferiori palmo, ergo partes illæ ceræ, quæ in rarefa-
ctione correspondebant superioribus partibus vasis, in condensatione
correspondent tantum inferioribus, quibus correspondent etiam aliæ
partes ceræ, quæ iisdem correspondebant etiam in rarefactione,
ergo in condensatione plures partes sunt in eodem loco.

Rᵒ. neg. seq., ad prob. conc. ant. et neg. conseq. Atque ergo partes
ceræ, quæ in rarefactione occupabant duos palmos loci, ita con-
densatione occupent unum, aliæ vero plures partes ceræ esse in
eodem loco, primum admittimus, 2um negamus: idque ergo præci-
se per hoc patet, quod cera in condensatione habet aliam intrin-
secam locationem, quod est modus ille, per quem pars ceræ quæ
in rarefactione habebat palmarem extensionem, in condensatione
eam extensionem amittit, et acquirit aliam minorem v.g. semipalma-
rem. Unde pars inferior ceræ, quæ occupabat palmum vasis, in-
cipit occupare medium, et pars superior ceræ amissa extensi-
one palmari, et acquisita semipalmari descendit ad inferiorem
vasis, et venit ad inferiorem ceram, atque ita tota cera, quæ occupa-
bat duos palmos, incipit occupare unum palmum, nec tamen plu-
res partes ceræ sunt in eodem loco.

Partes in condensatione mutant locum.

Rᵒ 2am. Instantiam patet ita, nam in condensatione nulla pars retinet
eundem locum, quem prius habuit, sed omnes et singulæ mutant
locum, et amissa maiori extensione accipiunt minorem, quare
cera superioris palmi non venit ad locum, ubi est cera inferioris
palmi non condensata, sed venit ad locum particularem, ubi fuit
cera inferioris palmi, cum esset rara

Rᵒ 2am instantiam dist. antecedens, partes ceræ quæ in rarefa-
ctione correspondebant superioribus partibus vasis, in condensatione
cor-

correspondent partibus vasis ita ut superiori parti omnibus neque aliquibus conveniat et deinde respondentibus partibus inferioribus vasis correspondet parti cerae, quae in rarefactione respondebat correspondentibus singulis in condensatione illis omnibus neque aliquibus ex illis conveniat et nec alteri correspondeat. Nam illae cerae partes cerae, quae in rarefactione respondebant partibus vasis externis, et duas partes, in condensatione respondent tantum partibus vasis externis et unam partem quod sit profunda in singulis partibus cerae extensione minori, ablata maiori.

Dices, siquidem tu dicis in condensatione partes vasis tangi a partibus cerae quam ab ipsis tangebatur in rarefactione, hoc autem quomodo fieri potest, nisi duae partes cerae quae in rarefactione tangebant duas partes vasis, in condensatione tangunt unam tantum partem, ergo duae partes cerae sunt penetratae.

R.° a duabus partibus cerae a quibus in rarefactione tangebatur duae partes vasis determinatae cuiusdam magnitudinis, in condensatione tangi unam tantum certae etiam magnitudinis, non quia duae partes cerae se penetrent, sed quia singulae amiserunt eam extensionem, quae extendebantur illis duabus partibus vasis determinatae magnitudinis v.g. duorum digitorum et acquisiverunt aliam minorem extensionem, qua non extendantur nisi ad unum digitum, unde ita non coexistunt nec commensurantur duabus partibus digitorum vasis, sed uni tantum digito vasis.

Obs. 4.° Nihil in rarefactione admittat discontinuationem partium inter se cohaerentium, quibus unam partem cerae quae in duobus locis, sicut si, sit cera condensata inter se, solum vasis, liquefiat, et rarefiat inter duos calores, quia una pars cerae ponitur in duplici loco, nempe in parte vasis, quam occupabat

bat densa, et in alio spatio, quem cera occupat rarefacta.
Prob. quia tot sunt partes cerae condensatae et non plures, quot
sunt partes vasis in inferiori spatio, unde singulae partes cerae
condensatae respondent singulis partibus solius inferioris vasis; sed
illae eaedem partes cerae et non aliae incipiunt in rarefactione
correspondere etiam partibus superioris vasis, ergo sunt in dupli-
ci loco.

R. neg. seq. ad prob. neg. cons. ad. in rarefactione. Nam licet ut
eadem cera occupet majus spatium, non quia eadem
cera ponatur in duobus locis sed quia singulae partes cerae
acquirunt majorem extensionem.

Ad confirmationem conc. maj. si primo sit de partibus determinatis
proportionalibus, et extensionis [illegible] partes neg. sub-
dist. neg. pauciores sunt in cera densata quam sunt in spa-
tio vasis: dist. tn min. illae partes cerae in rarefactione
incipiunt correspondere pluribus partibus vasis retenta eadem
extensione, neg. acquisita alia maiori conc. et neg. cons.
Nam in rarefactione pars cerae quae extendebatur digito vasis
cum esset condensata, incipit extendi duobus digitis vasis
non quia ea cera ponatur in duplici loco, sed quia, abiecta ex-
tensione digitali acquirit extensionem majorem.

Dices unde fit ut partes illae rarefactae plus distent inter se
quam quando erant condensatae profecto non nisi per intra-
tionem corpusculorum. Ergo rarefactio fit per intrationem corpus-
culorum.

R. in rarefactione partes acquirunt maiorem extensionem ideo
plus distant inter se, et extrema magis ad invicem recedunt

Quaestio 3

De Radice Condensationis et Rarefactionis.

Et

Ut intelligatur sensus quaestionis sciendum in Rarefactione et condensatione duos motus intervenire. primus ex quo producitur ea qualitas ratione cuius ab eodem corpore exigitur maior modo minor extensio, alter motus est localis quo producitur illa maior vel minor extensio. Itaque dicimus primum esse rarefactionem et condensationem, cum qualitas illa producta sit raritas vel densitas. 2dum non dicimus esse propriam rarefactionem, cum potius dari raritatem et densitatem sine extensione locali quam per illum motum producitur. Quaeritur ergo in praesenti quaestione quae sit ea qualitas ratione cuius corpus exigit maiorem vel minorem extensionem, et quia constat rarefactionem fieri per calorem, et condensationem per frigus, non vero quando incaluerit rarefit, quando vero frixerit condensatur. quaestio est an raritas sit distincta a calore, et densitas sit qualitas distincta a frigore.

Duo motus in Rarefactione

Dico: raritatem sive qualitatem illam ratione cuius corpus exigit maiorem extensionem localem esse calorem, densitatem vero esse frigus.

Raritas et densitas est calor et frigus.

Pr. Frustra enim ponuntur multiplicanda alia qualitas cum omnia possint salvari per calorem et frigus, ergo raritas et densitas non est qualitas distincta a calore et frigore.

Confirmatur: quia quae incaluerunt sunt rara, quae frixerunt sunt densa; illum est indicium alicuius qualitatis, ergo raritas et densitas non est qualitas distincta a calore et frigore.

R.s quantitas est ratio cur corpus exigat extensionem, sed rarefactio est productio eius rei, ratione cuius corpus exigit extensionem, ergo rarefactio est motus ad quantitatem, non autem ad calorem.

R.o dato etiam quantitas esse ratio cur corpus exigat aliquam extensionem, esse ratio cur potius exigat hanc, vel illam ma:

maiorem, vel minorem, rar.; et eodem modo dicitur minorem
rarefactio est productio illius, quoniam enim corpus exigit exten-
sionem aliquam determinatam per determinationem seu potius hanc quam
illam esse, est res corp.ta; sola substantia informata quantitate ha-
bet exigat extensionem aliquam habere, tamen ad hanc est indifferens
ad maiorem, vel minorem, unde aqua quae in rarefactione ma-
iorem sibi extensionem, in condensatione illam non exigit: ideo est
indifferens subst.: per condensationem quam diximus esse calorem, et e con-
tra ad rarefactionem, quam diximus non esse distinctam a figura

substa informata quantite est indifferens

R. Si calor est raritas, et frigus densitas, sequitur quod ubi est
maior calor, ibi erit maior raritas, et ubi maius est frigus, ibi
maior erit densitas, quod tamen est falsum, ut patet multis ex-
perientiis.

Rd. neg. seq., nam cum dicimus calorem esse raritatem et frigus
densitatem, quoniam enim corpus exigit maiorem vel minorem
extensionem non est semper quod in quibuscumque subiectis ex in-
cremento caloris augeatur raritas, et ex incremento frigoris augeatur
densitas, hoc enim pendet ab aliis quae in subiecto reperiuntur, sin-
gul. n. convenientia cum humiditate maiorem exigit extensio-
nem, quam convenientia cum siccitate, ex quo fit quod aqua
sit minus densa quam terra.

Disputatio 5.a

In 2um librum de Generatione

Aristoteles hoc 2o libro agit de elementis, et mutua eorum mixtione, quatenus per invicem agunt, et patiuntur et res per eorum actiones ea quae faciunt ad perfectam elementorum cognitionem, deinde vero agemus de eorum transmutatione, et mixtione

Quaestio 1.a

An sint, et quid sint elementa

Nomen elementi variis ab Auctoribus accipitur. 1o pro principiis intrinsecis constituentibus, nempe pro materia, pro forma, et in hoc sensu [illegible] tria principia rerum naturalium [illegible] materia, forma et privatio dicuntur elementa. 2o accipiunt elementa pro proximis constituentibus rei principiis [illegible] materiae [illegible], quia [illegible] dicunt elementa physica, generali autem significatione elementi nomine significatur in quolibet genere res id quo primum est ac simul ultimum, ex quo illud res constituitur, et in quod resolvitur. 3o accipitur elementum pro quatuor corporibus simplicibus, ex quibus plurima alia integrantur, et mixta generantur. [illegible]

Dico 1o est contra 1am partem quaestionis, dari elementa hoc est

Dari elementa

esse aliqua corpora simplicia i. non mixta ex aliis corporibus.

Probatur: corpora, quae mixta, vel sunt ex corporibus simplicibus vel ex aliis mixtis; si primum, ergo habemus intentum, quod elementa dantur ista corpora simplicia, quae nos dicimus elementa. Si 2um, ergo vel datur processus in infinitum, veniendum est ad corpora simplicia, quae non sunt ex aliis mixtis. si ex mixtum constat ex alio mixto, quaero de illo alio mixto an constet ex alio mixto, si concedis, ibimus in infinitum, si negas, quod satius fuerit, descendendum est ad corpora simplicia, quae sunt elementa.

Quo ad 2um, expendenda definitio quae traditur de ipsis elementis.

Elementum esse id quod

Primo est 2o: Elementum definitur ab Aristotele 5 Metaph. tex. 4 hoc modo. Elementum est id ex quo aliquid componitur primo inexistente indivisibili specie, in aliam speciem ~~[illegible]~~. Itaque est elementum esse [illegible] aliquid illud primo componens in quo inexistit actu, vel tota, ita ut unumquodque pars non possit dividi in alias partes specie distinctas. Affert Aristoteles exemplum in litteris, ex quibus componitur syllaba. Haec definitio communiter accipitur ab omnibus Philosophis et convenit omnibus quae habent rationem elementi seu partis componentis, ut ergo sit propria corporum simplicium, quae communiter appellantur elementa, explicanda est hoc modo ita ut elementum primo inexistat in mixto vel actu vel tota, in genere corporis, ut excludatur materia et forma, quae quamvis componant, et inexistant in elementis, quia tamen non sunt corpora, non inexistunt primo in genere corporis. Materia et forma non sunt elementa hic definita. Rursus quando dicitur quod elementa non possint resolvi in alias partes specie dispares, intelli-

legendum est quod non possint resolui in alia corpora spe-
cie distincta. Nam cetera corpora possunt dividi in
alia corpora specie, ut v.g. planta in corpora et alia
quibus ipsa componitur vel possunt dividi in alia corpora
specie per alterationem, ut v.g. caro, et alia dividuntur in
[illegible] [illegible] aquam et aerem. At elementa neque mo-
do dividuntur in alia corpora et ideo sic hoc elementa
[illegible] possunt etiam et dividi in materiam et formam
quae speciem habent incompletam tamen hoc differunt, quod non
resolvuntur in materiam et formam [illegible] in quae corpora
specie diversa et distincta. Ratio hujus elementa possunt
dividi in [illegible], ita ut divisio fiat in partes simi-
lares [illegible] in corpora ejusdem speciei non diversa.

Alia def.o — Aliud modo potest definiri elementum. Est corpus simplex in
quod alia corpora resolvuntur. Dicitur corpus ad excludendam
materiam et formam. Dicitur simplex ad excludenda mixta
quae etiam [illegible] per [illegible] [illegible], in quod alia
corpora resolvuntur.

Def.o Elementi sic modo explicata et [illegible] habet partes
et convenit ad omnia [illegible].

Quaestio 2a

Art. 1us. Quaenam sint forma elementorum

Dicunt aliqui, ut Alexander de sensu et sensato cap. 8o,
[illegible] de [illegible] cap. 2o. [illegible] 2o [illegible] [illegible]
[illegible], formas elementorum esse primas qualitates. Probatur
D. Augustinus [illegible] 2o de Gen. ad litt. [illegible] 7o et 8o. Elementum
est corpus [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] a primis qualitatibus

et

et cap. 8.o ait qualitates tangibiles esse proprias elementorum; et textu 22.o elementorum elementa continent per certas, et contrarias qualitates continentur, ergo elementa continentur per qualitates.

Elementum est corpus tangibile.

Sed haec ad rem probat. R.o ad 1.um elementum est corpus tangibile, quia ex eo fluunt qualitates tangibiles, et qualitates tangibiles esse distinctas elementorum, non vero [illegible] eadem dico elementa constitui ex contrariis qualitatibus, sed non essentialiter. Eadem ratione solvuntur ea quae possunt obiici ex 2.o de Gen. textu 21. ubi ait elementa constitui per combinationem qualitatum, sed idem est principium distinctivum, et constitutivum, ergo elementa distinguuntur per qualitates, ita per qualitates constituuntur. R.o 2.o quod non est principium distinctivum essentiae, sed accidentale, ita nec est principium constitutivum essentiae, sed accidentale. Nec valet si dicas ex textu [illegible] de [illegible] et [illegible] ignis non agit ut ignis, sed ut calidum, [illegible] ignem agere ut calidum in ordine ad disponendum subiectum, agere ut ignem in ordine ad producendam formam substantialem ignis et [illegible] dicimus.

Dices ex textu 3.o Coeli textu 77. gravitas et levitas sunt distinctae proprietates elementorum, ergo per formam constituuntur, [illegible] quia forma [illegible] est [illegible] ex textu 2.o Phys. textu 4. sed natura est principium motus et quietis, ergo forma est principium motus, sed in elementis principium motus est gravitas, et levitas, ergo gravitas et levitas est natura et forma elementi.

R.o gravitatem et levitatem esse distinctas proprietates, sed accidentales per quas distinguuntur accidentaliter elementa. Ad confirmationem gravitas et levitas non est principium quietis [illegible]

motus, sed 2.um, ad quod inde non est natura quae est princi:
pium effectivum motus illius in quo est

Dico 3.o est nec figuram, neque 3.o qualitates nec primas, aut qualitatem quae formas substantiales elementorum.

figura non est forma substantialis elementorum. P

Probatur 1.o ex Philosopho 7.o Metaphysicae textu 17 ubi ait istas qualitates esse passiones elementorum, et lib. 8.o Metaph. text. 15.o ubi dicit esse accidentia non entia substantiam nec ipsam formam nec ...

2.o Probatur ratione quia quod est accidens ... substantia ex Philosopho ... Physicorum text. 27, sed calor et frigus sunt accidentia in mixtis, ergo calor et frigus non sunt forma substantialis in elementis. Probatur minor ratione ex Philosopho 2.o de anima textu 41 idem est calor in animali, et in igne, sed calor in animali non est forma substantialis eius, ergo nec in igne.

3.o Probatur ... quia si forma elementorum esset calor ... motus generationis esset ad accidens et non ad substantiam, sed motus ad accidens est alteratio, et non generatio, ergo non daretur generatio.

Probatur 4.o si aqua calefacta adhuc est aqua et nihilominus non habet quid: quam frigiditatem ergo frigus non est forma substantialis aquae.

Dico 4.o formas elementorum esse substantiales.

substantia est forma S

Probatur ex similitudine aliorum corporum naturalium, tum ex reductione ad proprium et connaturalem statum, aqua enim calefacta frigescit, et reducit ad naturalem statum propriam qualitatem, quae reductio necessario supponit aliquod principium a quo fiat, hoc autem non est nisi forma substantialis, ut patet ex iis quae diximus in Physicis, quando probavimus dari formas substantiales.

Quaes:

Quaestio 3.a

De Numero Elementorum

Certum est 1.o non esse unum tantum elementum, ut est quia elementum componit aliud corpus ut patet ex eius definitione, ergo non est unum tantum, quia unum solum non componit.

Certum est 2.o elementa non esse infinita, quia non dantur infinita, quod ostenditur quia omnis [illegible] [illegible] in Physica non dari infinita principia. Superest videndum quot sint elementa.

Elementa quatuor.

Dico elementa esse tantum quatuor nec plura nec pauciora, scilicet ignem, aerem, aquam, terram.

Probatur hic ex Aristotele [illegible] tot sunt elementa quot sunt possibiles et utiles combinationes primarum qualitatum, scilicet calidi, frigidi, humidi et sicci; sed combinationes possibiles et utiles primarum qualitatum sunt quatuor, ergo quatuor sunt elementa. Probatur maior quia [illegible] elementa, et [illegible] in mixtis, debent dari illa corpora quibus illae qualitates insunt et perfecte conveniant, [illegible] illas qualitates [illegible] in eis [illegible] perfecte [illegible]. [illegible] ergo qualitates illae [illegible] convenient [illegible] experientia [illegible] docet [illegible] et [illegible], ergo singulis elementis duae conveniunt qualitates, ergo quot erunt possibiles et utiles combinationes primarum qualitatum, tot erunt elementa. Nunc ergo probemus [illegible] quod combinationes possibiles primarum qualitatum sint tantum quatuor.

Pr. ergo min. hoc modo. Quatuor p.ª qualitatum tantum sex possunt combinationes, videlicet calor et frigus, siccitas et humiditas, calor et siccitas, calor et humiditas, frigus et humiditas, frigus et siccitas. Sed ex his sex combinationibus p.ª duae sunt impossibiles, non enim potest simul esse in uno elemento calor et frigus in summo, neque etiam potest esse simul siccitas et humiditas cum sint contraria, ergo remanent tantum quatuor combinationes quae sunt combinationes p.ª qualitatum, ergo tantum quatuor, et non plures tantum erunt elementa, quibus istae combinationes qualitatum conveniunt.

Pr. 2° quia in mixtis apparent vestigia quatuor elementorum, ergo quatuor sunt elementa ex quibus fiunt mixta. Antecedens prob. pr. quia in mixtis reperiuntur illa corpora apparenter ex quibus ipsa constant, sed in illis haec quatuor corpora [illegible] in mixtis apparent, haec quatuor insunt in illis.

Pr. ergo p.um ant. quod sit in mixtis appareant vestigia quatuor elementorum. In mixtis perfectis apparet terra, quia sunt solida, et in terra [illegible] in [illegible] quiescunt. Apparet aqua, quia partes mixtorum illis adglutinantur et in [illegible], vel [illegible] facile [illegible], quia est proprius effectus humiditatis ut infra dicemus. Ignem vero et aerem [illegible] in mixtis deprehendit ex temperamento mixtorum, si [illegible] in mixtis solum vinceret terra et aqua, mixta omnia valde frigida sentirentur, cum terra et aqua frigida sint; cum ergo tale frigus in mixtis non experiamur omnibus, signum est illis inesse ignem et aerem, quibus hoc calore contemperatur [illegible] frigus terrae et aquae.

Pr. 3° ex Arist. [illegible] 4. quatuor esse elementa ex quatuor simplicibus motibus, quia ad quatuor differentias [illegible]

mi.

minus tendunt. Et n. semimus simpliciter gravia
et simpliciter deorsum, et sursum, et deorsum inter-
medium, q° sciendum sunt aliorum propria et sciendum ele-
menta principia hoc ... . In loco deorsum sim-
pliciter est terra, in loco sursum simpliciter est ignis,
in loco deorsum sec. quid, seu intermedio est aqua, in
loco sursum sec. quid, seu intermedio est aer.

Obj.s 3° ad salvandas quatuor p.as qualitates sufficiunt duo
elementa dissimbola, et q. ignis, et in aqua continentur
omnes hae quatuor qualitates, vel in aere et terra, q° non
bene probat esse quatuor elementa, ex quatuor qualit.

R. in duobus elementis dissimbolis licet contineantur omnes qua-
tuor qualitates non tamen continent omnes combinationes
quatuor qualitatum, est autem ex quatuor combinatio-
nibus possibilibus p.arum qualitatum colligimus quatuor
esse elementa: sicut n. calor et siccitas dat ignis si-
gnum et humiditas aquam, ita aeri dat calor, et humiditas
et terrae frigus et siccitas, quando est combinationis p.arum
qualitatum quae quadruplex est, quatuor sint elementa
non duo.

R. 2° elementa debere esse quatuor propter bonum mix-
tionis, alioquin si duo tantum essent elementa dissimbola
unum tenderet in corruptionem alterius et natura non
esset bene constitutum universum. Quatuor ita elementa ita
sunt inter se connexa et colligata, ut unum cum
altero sibi proximo una qualitate gaudeat, altera sit
similis.

Obj.s 2° Quadruplex combinatio qualitatum bene probat esse
possibilia quatuor elementa non tamen probat de facto illa
dari, q° nulla ex combinationibus p.arum qualitatum probat illa
dari

dari quatuor elementa.

R. ad arg. probat a dari de facto quatuor elementa quibus illae qualitates inesse conveniunt, cum autem non singulis qualitatibus singulis conveniant elementis, sed binae binis, ut infra ostendemus, sed dari de facto elementa quot combinationes earum qualitatum.

Obj. 3o ex scriptura, duo tantum sunt elementa ignis et terra, cum dicatur in sacris litteris, et 1o Gen. cap. 1o omnia entia universi comprehenduntur nomine coeli et terrae.

Conf. 1o quia elementa sunt illa corpora ex quorum qualitatibus et mixtura reliqua omnia generantur, sed omnia generantur ex mixtura caloris et frigoris, quae sunt qualitates debitae igni et terrae, ergo elementa solummodo sunt ignis et terra. Ita concedunt [illegible] quia omnes gentes [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] calor et aqua fiunt ex mixtura caloris et frigoris.

Conf. 2o nam [illegible] qualitas non debet [illegible] quod et terra [illegible] frigus quod aqua [illegible] ei [illegible] est illi innata ac [illegible] inde [illegible] [illegible] [illegible] corrumpit et transmutat in [illegible] calor qui tribuit [illegible] ab illo distinctum ab eo, quare non est illi connatus.

R. ad 1am licet in sacris litteris non fiat explicita mentio aliquorum corporum sed solius coeli et terrae, non propterea negant reliqua corpora, sed explicant illa et comprehendunt [illegible] sensibilia, ergo non bene probat ex sacris litteris dari tantum elementa.

Ad 2am [illegible] continent [illegible] calorem et frigus [illegible] maxime activa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] agere et [illegible] necessaria ad [illegible] generandum patet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] calorem [illegible] [illegible] activitate caloris [illegible].

Ad

Ignis est in concavo Lunae.

Ad 2am confirmationem dicimus istam calorem esse connaturalem ignis et frigus aquae.

Difficultas est, an detur ignis qui sit in concavo lunae. Negat Cardanus cum [illegible]. Affirmat tamen communis sententia, et videre est apud [illegible], qui dicunt ignem esse in concavo lunae.

Pr. 1o ex [illegible] qui 4o Celi text. 37 probat ignem necessario dari [illegible], quia [illegible] naturaliter ad locum supremum [illegible] locum, et sic ea ratione quiescit, nec [illegible] habet text. 29.

Pr. 2o experientia qua constat [illegible] ignis qui est apud nos [illegible] et [illegible] supra aerem, [illegible] locus naturalis ignis est supra aerem, [illegible] habet, quia ille est locus naturalis cuiusque [illegible], quo [illegible] naturaliter [illegible] et habet inclinationem in [illegible]. [illegible] idem sit locus naturalis totius et partis, et locus naturalis [illegible] ignis qui [illegible] apud nos constet esse supra aerem, sequitur locum naturalem totius ignis esse supra aerem.

Pr. 3o [illegible] ignis in concavo lunae [illegible] est con[illegible], [illegible], quia ibi non potest [illegible] mixtionis et generationis mixtorum, nec [illegible] potest descendere ad locum ubi mixta generantur.

R. 2o nec [illegible] ignis existens in concavo lunae [illegible] potuit descendere ad mixtionem, tum quia propter [illegible] dispositionem et [illegible] exigit [illegible] locum [illegible] ignis, non potest dici quod sit frustra. 2o dici potest ignem existentem in concavo lunae juvare ad conservationem mixtorum, quatenus [illegible] temperat [illegible] aeris et aquae, vel quatenus [illegible] calorem [illegible] et solis [illegible] indirecte

con:

concavus ad recipiendum frigus aeris et terrae, et hoc [illegible] generis temperiei qualitatum necessaria ad con:servationem corruptibilium. 3° licet non quaelibet elementi par:tem debere esse aptam ad generandum mixtum, satis enim est quod ignis in his inferioribus fungatur genere mixtorum.

Ob. 2a Si ignis esset in concavo lunae, tibi luceret et vide:retur a nobis, sicut videtur cometa, si in coelo sit; vi:detur quod ibi non est. Rursum ignis conflagraret haec infe:riora vel saltem calefaceret mediam aeris regionem sibi proximam.

R. Ignem ibi propter maximam suam raritatem nec lu:cere, nec videri posse, imo nec multum calefacere. Cometae autem propter materiae densitatem accensi lucent et calefaciunt. Ratio autem [illegible] quod [illegible] est quod argumentatur contra [illegible], quod si ignis esset igne:us omnia combureret, quia [illegible] [illegible] suo [illegible], et sic [illegible] ad inflammandum inferiora.

Ob. 3a In concavo lunae ignis non habet suum pabulum, et materiam humidam et unctuosam, quod non tamen est conservari.

R. Ignis hic noster pabulo indiget, quia cum continuo [illegible] continuo debet generari; corrumpitur [illegible] debet [illegible] pabulum quod sit pabulum ejus; ignis autem qui est in concavo lunae, non indiget pabulo, quia non generatur de novo, nec corrumpitur, et tum si aliquod pabulum ignis conve:niret ab aere, desumeret etiam ex ipso aere, atque ita aer est pabulum elementi ignis.

Ob. 4a Ignis quo rarior eo est activior, quod in concavo lunae ignis erit maxime activus, et consequenter conflagrabit omnia [illegible] flamma candelae in cuspide rarior est quam in base, et magis activa, quod experimur quo rarior,

cepit magis vehemens.

R.° ignis junior licet tunc non sit contiguus cum maxima caliditate est activior, cum autem sit contiguus cum maxima raritate sic, quia ergo ignis in carcere clausus est contiguus cum maxima frigiditate ideo non est activior. Ad instantiam de flamma candelae dico illam non esse contiguam cum maxima caliditate cum scilicet omnes partes ignis quae dispersae erant per totam flammam candelae uniantur in cuspide, cum ... habeant motionem ascendendi pyramidaliter, propterea plus agunt.

Quaestio 4.a

Quae et quot sint primae qualitates activae Elementorum

P.ae qualitates d. quae non fiunt ex aliis, nec ex se m.

Ordine doctrinae discurrimus philosophi de primis qualitatibus, sicut de primis principiis rerum naturalium, cum etiam primas qualitates definimus illas, quae non fiunt ex aliis qualitatibus, nec ex se mutuo, sed ex his omnes oriuntur. Quaestio est quaenam sint primae qualitates quae conveniunt corporibus corruptibilibus, sive elementis.

Nota 1.° ab Arist. ex 7. ponuntur quatuor tantum primae qualitates tactiles, quae sunt proxima principia agendi et patiendi: calor, frigus, humiditas, siccitas. Arist. autem hoc discursu. Primae qualitates tactiles illae sunt primae quae conveniunt corpori quatenus tangibile est, et ratio est quia reliquae qualitates tactiles vel supponunt tangibile, vel cum

ib:

illis non conveniunt; quare omne corpus sensibile sensu
visus, gustus, et odoratus est etiam sensibile sensu tactus,
et non e contra; nam datur aliquod corpus tangibile, quod
non est audibile, ut v.g. est terra, et datur etiam ali-
quod corpus quod non est sensibile sensu visus, neq. odora-
tus, neq. gustus, ut aer, q. magis dicitur carere corpus sa-
poris, quam sensibile ab aliis sensibus, sed etiam quod
debet corpori ut tangibile est, ut etiam visus et ali-
quis qualitas sensibilis, habet prioritatem consequentiae,
ex qua non valet subsistendi consequentia non vero valet di-
cere est corpus tangibile, ergo est audibile vel odorabile ut
patet de terra, et e contra sensus valet dicere est odo-
rabile, audibile, ergo est tangibile ergo tangibile est
prius prioritate consequentiae ex qua non valet sub-
sistendi consequentia.

Notandum 2.° ab aliis sex reperiri qualitates tangibiles *Qualit. tangibiles.*
in concreto: calidum, frigidum, humidum, siccum, du-
rum, molle, lubricum, aridum, asperum, lene, grave,
leve, crassum, tenue. Quibus enumeratis probabo deinde
q. ad calorem, frigus, humiditatem et siccitatem, quo-
niam primae qualitates reliquas omnes reduci, et ab iis ori-
ri; quia majori difficultate potest ut reducantur
aliquae qualitates sensibiles ad humiditatem et siccitatem adeo
probat inductione de iis quae ab humiditate et siccitate ori-
untur. Probat autem tenue reduci ad humidum, quia
sicut humidum facile terminatur termino alieno, et ipsa
indebitus, ita tenue facile se accommodat continenti;
crassum reducitur ad siccum, quia non facile terminatur ali-
eno termino. Lubricum reducitur ad humidum, aridum
ad siccum, nam lubricum est humidum habens admixtio-
nem

rem aliquam cuius sicco exigat, et aliquam circumscri-
ptam, sicut est oleum. Aridum vero reducitur ad sic-
cum, nam aridum est valde siccum humido carens;
quod fit cum calor extrinsecus extrahit humidum ex aliquo
corpore, et reliquas partes deinde frigore constringuntur
et congelantur. Molle, quod aliud est, quod cedit in se
ipsum, ut u. g. cera, reducitur ad humidum, quod se con-
formet termino alieno. Humidum autem duplex est, alte-
rum quod non solum cedit, sed etiam circumdat corpus
cui cedit, ut patet in aqua, si in ea proiciatur lignum
et sic aqua non dicitur mollis, alterum humidum est quod
cedit, sed non circumdat et hoc dicitur molle, itaque omne molle
est humidum, sed non omne humidum est molle, ut patet
in aqua. Durum reducitur ad siccum quod dicit consistentiam
quod hoc sit, siccitas crescens humiditatem requisitam ad molle.
Dicimus ergo quod illis 4 qualitatibus primis, scilicet ca-
lori, frigori, humiditati et siccitati, conveniant haec 2
conditio primarum qualitatum, ut ab illis aliae qualitates
oriantur.

Nunc videndum est an iis conveniat alia conditio primarum qua-
litatum, ut alterutrum non fiat ex se invicem.

Notandum 3° ad textum sex 15 ostendi has qualitates non fieri ex
se invicem, nam calor non oritur ex frigore, neque e contra
frigus ex calore, neque humiditas et siccitas oriuntur ex calore et
frigore, cum sit eadem humidum et non eadem calidum, ut patet
in aqua frigida, item potest esse humidum et non esse frigi-
dum, ut apparet in aere, ergo humiditas non est a calore,
neque a frigore, rursus potest esse siccum sine calore, ut apparet
in terra, et sine frigore ut apparet in igne, ergo siccitas non
est a calore, neque a frigore. Ergo illis habent has qualitates

[Margin:] Ergo 4 qualitates omnia sunt

cu:

naturalis non fieri ex se sumpto, et per consequens ... p.a

Pro ergo est p.a qualitas elementi, ad quam caetera reducuntur calorem, siccitatem, frigiditatem, humiditatem.

Pr.o ex dictis, quia non fiunt ex aliis sed ex his fiunt caetera omnes, quod patet ... patet consequentia, quia hoc eodem argumento probantur principia rerum naturae.

Dices istae non conveniunt 3.am conditionem p.ae qualitatis, quod scilicet non oriatur ex aliquibus.

R.o quia hoc existimavit Aristoteles quando dixit alias quattuor oriri ex istis primis, neg. n. dari potest prima causalitas in eodem genere.

Ob.3 a lumine procedit calor et a caeli influentiis producuntur istae quattuor qualitates, ergo non sunt primae.

R. 1.o non est per consequentiam, loquimur n. de p.is qualitatibus quae sub [illegible] et [illegible] conveniunt corporibus corruptibilibus, lumen autem et influentia sunt qualitates dignioris ordinis quod est incorruptibile. Neg. istae quattuor qualitates sunt p.ae inter caeteras quae conveniunt corporibus corruptibilibus.

R. 2.o lumen [illegible] est qualitas [illegible], nos autem loquimur de qualitatibus tangibilibus.

Dices calor ignis, aer, et frigidus exiccat pannum humidum, [illegible] calor solis exiccat [illegible], siccitas oritur a frigore et calore, ergo non est p.a qualitas.

R.o pannus humidus exiccatur a calore et frigore, non quia a calore et frigore oriatur siccitas, sed quia actione caloris et frigoris extrahuntur partes aliquae humidiores, et aqueae quibus extractis remanet solum pannus siccus.

Ob.4 si istae quattuor qualitates essent p.ae ad ipsas sequerentur caeterae, sed hoc est falsum, quia non [illegible] qualitas tractiva fieri, quae est vis magnetis, et in pectine respectu paleae, et co:

colores, et alia similes qualitates, et illa principia quae fluunt ex astris et coelo non oriuntur ex ipsis qualitatibus primis, ergo ceterae qualitates ex ipsis non oriuntur, per consequens ratio non probat &c.

R. ad primam, ad probationem dico etiam alias qualitates consequi ad ipsas qualitates primas, nam in tractatu de magnitudine et parvitate facile hoc comprehenditur. Siccitas enim, si incalescat, [illegible] qualitates sequuntur, et frigidum quod rarefactum est, quantitatem iam [illegible] pendere a [illegible] [illegible], nam etiam ab ipsis oriuntur colores, unde quod calor erit, quod [illegible] patet. Idem dico de influentiis coeli, nam aliter agit in corpore in quo praedominatur calor, aliter in corpore in quo frigus.

Obj. ex [illegible] [illegible] [illegible] siccitas et humiditas appellantur qualitates passivae, ergo non sunt activae.

R. disputant interpretes quid sibi voluerit [illegible] [illegible] non improbabiliter dicitur ab [illegible] appellari has qualitates passivas, non quidem simpliciter et absolute, sed in ordine ad quendam effectum, quem in mixtione [illegible] siccitas et humiditas, quia non exigeant, et [illegible], qui est effectus [illegible] praebere dare corpori mixto facile, aut difficile terminari alieno termino, qui est effectus 2.ae qualitatis, vero terminari est quoddam pati, ideo [illegible] siccitatem et humiditatem appellavit [illegible] passivas.

[illegible] 2.o contra [illegible] lib. 2.o de [illegible] [illegible] qualitates non esse meras privationes, ita ut calor [illegible] aliud sit quam privatio frigoris, sed esse positivas et reales. [illegible] quia calor et frigus [illegible] [illegible] non potest esse mera privatio.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 18.o et 2.o [illegible] [illegible] in

Colores ex primis qualitatibus oriuntur.

Primae qualitates sunt reales.

in locis ait frigus esse principium caloris. 2° fri-
gus qui sentitur in cadavere vel in senectute videtur
esse quid privativum caloris et defectus spirituum caloris q.

R. ad 1um frigus esse positivum quando comparatur qualitatibus op-
positis quarum una perfectio est alia appellari quidem per-
fectionem, frigus imperfectionem privationem, atque ita
frigus appellatur privatio caloris.

Ad 2um frigus in cadavere non esse defectum caloris, sed
qualitatem calori oppositam quae est debita formae cadaveris:
in senectute vero sentit frigus quia qualitas illa
frigida inest ut altera pars, quae [illegible] et totum
corpus disponit illud reddit frigidum.

Quaestio 5a

Definiuntur primae qualitates

Definitio primae qualitatis

Dico qualitates ab Aristotele sex 8 definiuntur ut est notum
dicamus definitiones in concreto hoc modo, calidum est
id quod congregat homogenea et disgregat heterogenea.
frigidum quod congregat homogenea et heterogenea
humidum quod facile terminatur termino alieno. sic-
cum quod facile terminatur termino proprio, difficile alie-
no. Haec definitiones non sunt per effectus primo quia effectus
primarius calidi est calefacere, frigidi frigefacere, sed
sunt per effectus 2os nam calor calefaciendo congregat
homogenea et disgregat heterogenea sed etiam frigus
frigefaciendo congregat homogenea et heterogenea ut
dicetur [illegible]

Pro intelligentia primae definitionis notandum est primo. Quando dicitur

quod

quod calor congregat homogenea, et disgregat ethero-
genea, quia attrahit homogeneum, et etherogeneum
quod [illegible] et etiam, sed sub [illegible] [illegible], per
quem tendunt ad eundem locum, vel sub diversum, habet
tam motionem, et inclinationem ad loca diversa. Calor igitur
congregat homogenea, et disgregat etherogenea, quia cale-
faciendo rarefacit, et attenuat partes [illegible], quibus facto le-
viores, [illegible] impedimento ascendunt, ac ita se congregant,
et desinunt graviores, quia sua vi descendunt, et ita se
congregant. Constat hoc tum in glacie, dum calore li-
quat, tum in lapide admixto descendunt, et [illegible], et
leviores separantur, sic etiam cera liquefacta in vase vi-
demus partem ascendere partes leviores, et ad fundum vasis
descendere partes graviores, quae sunt magis terreae. Idem
constat etiam in auro quando per calorem separatur
a ceteris metallis. Quamvis in hoc casu calor per se et
primario congregat homogenea 2do disgregat etherogenea
ut hoc [illegible], nam disgregat et separat etherogenea
et congregat homogenea. [illegible] calor[is]
Not. 2do [illegible] pro intelligentia [illegible] [illegible]
congregare homogenea et etherogenea quia condensat
partes [illegible] et [illegible] condensationis [illegible] impedimento
ne partes etherogeneae separentur ab homogeneis [illegible] simul
constringit et unit [illegible] ut non [illegible] moveri. Constat
hoc [illegible] in glacie [illegible] [illegible] in qua [illegible]
[illegible] videmus paleas et lapillos, vel alia similia simul con-
stricta. Sicut igitur calor dicitur congregare homogenea et
disgregare etherogenea quia rarefaciendo tollit impedimen-
tum ita ut leviora, quae prius detinebantur in loco sibi
innaturali ascendant ad locum suum, ita e contra fri-

gus

gere dr congregare homogenea et etherogenea, quia
condensando tollit impedimentum ne ipsa possit se-
parari, et ad propria loca tendere. Atq. haec de defi-
[illegible]

Not. 3o pro intelligentia defin. humiditatis. Humidum
dr quod est facile terminabile termino alieno, hoc autem
componit corpus, ergo si anima esset particula divinitatis, Deus
componeret nostrum corpus.

Aliud. Ex his patet animam non esse substantiam completam com:
positam ex materia et forma, neg. esse simplicem seu par:
ticulam divinitatis vel ut est Angelus, quae substantia sim:
plex completa non potest facere unum per se cum materia,
ut facit anima.

Dico ergo esse animam esse substantiam incompletam.
Patet ex dictis. Videndum ergo est an anima sit materia vel
forma substantialis, neg. 1. dabitur alia substantia incompleta.

Art. 3um

An Anima sit Materia, vel Forma

Dico esse omnem animam esse formam substantialem, non materiam.
Prob. 1.º quia anima differunt composita animata ab inanimatis,

sed

Sed si ponunt differentiam per materiam, quae differunt per animam tamquam per formam, nam hoc videtur(?) in caeteris compositis substantialibus, quae non differunt per materiam, quae est una in omnibus, sed solum per formam, quod idem ex(?) parte dicendum est de compositis animatis.

Confirmatur quia compositum substantiale dividitur in compositum animatum, et inanimatum, haec autem inter se videntur differre per hoc quod animatum continetur(?) compositum substantiale per animam, inanimatum vero per formam, quae non est principium vitae unde differentia est anima et non anima.

Probatur 2.o quia anima debet esse aliquid substantiale ut dixi, vel ergo est materia vel compositum vel forma, non materia, quia anima debet esse principium operationum in viventibus, sed materia non est materia(?), non compositum, quia hoc est animatum, non anima, cum quia compositum non est nisi materia et forma anima, non potest autem compositum esse anima nam materia, quia materia non est effectiva operationum, quae cum anima sit substantia, et non sit materia, neque compositum debet necessario dici quod sit forma.

Probatur 3.o quia corpus est in viventibus materia quae est substantia incompleta, quod debet perfici ad hoc ut vivens sit substantia completa, id autem quod perficit materiam viventis non est nisi anima, quia quaecumque alia forma quae perficiet materiam non potest sibi dare ipsum esse vivens formaliter, ergo anima est forma.

Art. 4us

Utrum omnis anima sit forma informans

Pbtur est quod anima ratione sui qua generatim est quaestio, est forma informans.

Pr 1º ex Arist. qui definiens animam in communi, et generatim hoc patet ex 2º de anima tex. cum dixit est id quo vivimus, et sentimus, et movemur, et intelligimus. et 12º Metaph. text. 16 et 17º

Pr 2º quod forma est unum ens a se, ac species vel genere distincta [illegible] ab aliquo, [illegible] quod dat speciem animalis, [illegible] non communicatur, et natura quae est [illegible] et omnis operis [illegible] quod illud distinguit [illegible] forma, id est anima. Distinguit autem quatenus [illegible] est quod distinguit, id est, a quo constituitur in esse [illegible]: ergo [illegible] anima [illegible] anima vis est forma informans. Pr [illegible] ultima consequentia quia alio pacto anima rationalis non constitueret hominem in certa specie et esset sicut res intelligentia, vel natura, quae eum animat, non constituens entia et esse specificum in ipsa specie.

Confirmatur. Homo libere vult et intelligit, ergo habet principium formale intrinsecum volitionis et intellectionis; sed hoc principium nihil aliud est quam ipsa anima rationalis, ergo anima rationalis est forma intrinseca et informans. Pr [illegible] ultima consequentia quia si esset forma assistens, sicut nec nauta [illegible] neque compositum ex nauta et navi, dicitur quod per operationem [illegible] operationis quae operatur nauta in navi, ita nec homo diceretur intelligere vel velle.

Confirmatur 2º. anima sensitiva est forma informans, et consequenter ergo a

g.o etiam anima rationalis, quae in homine est eadem re-
aliter cum sensitiva.

Confir. 2.o quia si anima rationalis esset solum forma assistens non
requireret peculiares illas dispositiones scilicet organi ad intelligen-
dum quas requirunt [illegible] cui assistit, imo aeque bene
posset anima rationalis assistere corpori leonis.

Confir. 4.o separata anima corpus expirat et interit quod non
accidit in corporibus recedentibus formis assistentibus g.o anima
non debet dici forma assistens sed informans.

Quaeres utrum anima rationalis quatenus rationalis est sit forma in-
formans.

R. et dico 2.o animam rationalem non solum in quantum sensi-
tivam et vegetativam, sed etiam quatenus rationalem, esse
formam informantem.

Pr. 1.o quia homo ut rationalis est, est animal rationale, g.o ex
anima rationali informatur secundum gradum rationalem.

Pr. 2.o homo ut homo est distinguitur ab equo, sed non distin-
guitur ab equo nisi quatenus rationalis, g.o homo ut homo
constituitur per animam rationalem ut rationalis est, g.o anima ut
rationalis est est forma informans.

Confir. non minus anima rationalis unitur corpori secundum gradum rationalem
quam uniatur secundum gradum sensitivum, et vegetativum, sed anima
secundum gradum sensitivum et vegetativum est forma informans ut
concedunt et omnes, g.o etiam secundum gradum rationalem est
forma informans.

Confir. 2.o homo proprie dicitur intelligere, g.o habet intrinsecum
principium intelligendi, quod continetur in esse homi-
nis ut sua forma informante, hoc autem principium
est anima secundum gradum rationalem, g.o ut sic est forma
informans.

Confir.

Const. [illegible] et Concilij. Pro [illegible] 5°.
ubi dr quod asserendo et sequaces, quicumque
deinceps asserere, seu tenere pertinaciter praesumpserit,
quod anima rationalis seu intellectiva, non sit forma corporis
humani per se et essentialiter. Sic etiam Leo X in Conc.
Lat. sub sessione 10. [illegible] ubi damnans, et reprobans
omnes intellectivam mortalem esse, aut unicam in cunctis
hominibus, et haec in dubium vertentes, cum illa non
solum vere per se et essentialiter humani corporis forma
existat, verum etiam immortalis et pro corporum quibus
infunditur multitudine singulariter multiplicabilis, et
multiplicata, et multiplicanda sit.

Ob. 1a. forma quae recipitur in subjecto extenso est etiam ex-
tensa, sed anima rationalis non est extensa, sed indivisibilis, ergo
anima rationalis non recipitur ut forma in subjecto i.e. in corpore.

R. dist. maj. forma quae recipitur in subjecto extenso, et ab illo
dependet in suo esse, est etiam ipsa extensa esse, forma
quae recipitur, sed non dependet ab illo in suo esse, seu non
educitur de potentia subjecti, neg. Hujusmodi est anima rationalis
quae non educitur de potentia subjecti, licet in ipso, et forma re-
cipiatur, ac proinde in eo recte potest recipi sine subjecto extenso, et
esse indivisibilis.

Ob. 2°. Potentia intellectiva, et intellectio ipsa quia sunt
mere non intrinsece [illegible] uniuntur immediate corpori, ergo
anima rationalis quae etiam est spiritualis non potest
uniri ut forma corpori.

R. 1°. quod potentia non distinguatur ab essentia, de qua infra
disputabimus, nihil valet objectio. 2°. quod distinguantur,
cum sint accidentia spiritualia, sicut inhaerere [illegible],
ita ejus unioni dependenter ab ipsa. Non possunt autem haec acci-
dere:

dentia spiritualium dependere a subiecto materiali sed pot
test tamen immediate, quod sit spirituale et corpo-
poreum, ita resp. q. qui distinguunt corpus ab eo
quod quid intelligens, et corpus intellectiva non sunt
hoc, et simul cum materia debeat componere unum per
se. Anima autem rationalis est hoc, q. tenet ipsa recipi:
ri in materia, sine dependentia ab ea: corpus vero intellectiva,
vel intelligens non est.

Ob. 3°. Anima rationalis si est independens a materia non pot. coniungi
cum illa nec. propter bonum substantiale quia iam habet
ex se independentiam a materia, nec propter bonum accidentale
nec. propter bonum accidentale intellectionem quia
pot. intelligere separata a corpore, q. si est independens
a corpore, non pot. cum illo coniungi, nec. propter bonum
substantiale, nec. propter accidentale et consequenter anima non
est forma unibilis corpori.

R°. Anima rationalis esse partem compositi totius substantialis hominis,
licet ipsa sit independens a corpore, adhuc tamen pot. illi uniri
propter bonum substantiale totius, et compositi sub ratione humana:
tum propter intellectionem, seu bonum accidentale ibi ut
ad perfectionem. Quia quidem perfectio accidentalis anima
obtinet perfectione sentiente in hoc statu, licet post sepa-
rationem a corpore aliter se ipsa habeat.

Ob. 4°. Nulla est proportio inter corpus et spiritum, q. anima
rationalis non pot. esse forma corporis.

R°. Neg. ant. proportio exigitur non quidem in entitate om-
nino simili subiecti et formae, sed in ratione perfectibilis et
perfectivi, in ordine ad constituendum unum per se substantiale.

Ob. 5°. Forma corporis debet esse ratione ut quo corporea, quia
debet simul cum materia seu cum corpore constituere cor-
pus,

per quod est praedicabile ut genus de hac et illa
ratione corporea; sed forma illa non posset esse corporea ut
quo, quia non posset esse forma corporis.

R. [illegible] ratio esse non tamen formalem corpoream ut quo in
qua corpus sit constitutum cum ipso corpore altera comparte
corpus in compositum completum, seu terminandi substantia-
litatem cui conveniat quantitas, non tamen animus partis in materia
inclusa in ipso inest composito, non ergo sequitur quod forma
animae ut sit forma debeat esse ratio corporea ut quo
in ratione status ac dependens a corpore.

Obj. 6. Si forma rationis spiritualis est forma compositi, et
ratio ut quo constitutiva illius, efficiet compositum spiritu-
ale, quod tamen falsum est.

R. Forma ratio esse quidem ratio formalem ut quo cor-
poream in corpore constituere cum altera comparte com-
positum [illegible] esset tamen spiritualem ut quo, non ita
non efficere formaliter compositum spirituale, haec enim deno-
minatio importat omnimodam spiritualitatem, quam non
habet compositum ex forma spirituali et materia. Reg. vero
notandum est formam rationis spiritualem communicare ut
formam totam omnem quam ipsa capiebat in se
ita ut sicut ipsa denominatur talis, deberet etiam ipsum
totum denominari tale, quia talis forma denominat totum
aliquam totam talis, quia nullum aliud est impedi-
mentum. Secundo vero vel compositum aliquid habet
ratione cuius communi non spiritum [illegible] tribuat illi
huiusmodi denominatio ut fit in [illegible] in forma
ita repetit spiritualitas ut nihil sit in ipsa ma-
terialitatis; in corpore vero vel composito reperit ma-
terialitas, quia impedit huiusmodi denominationem, ita
ut

ut D. Thomas dicit spirituale.

Quaestio 3a

De Corpore organico, per quid constituatur.

Quoniam corpus viventis debet non solum cognosci, et per partes definiri, v.g. quomodo omnia [illegible] quaeritur an aliquo modo corpus organicum constituatur in ratione corporis talis, an per formam substantialem, an per aliam formam, quam appellant corporeitatis, an vero per alias dispositiones accidentales, singulae opiniones [illegible] examinandae sunt.

Articulus 1us

An Corpus organicum constituatur per formam corporeitatis.

Corpus viventis [illegible] et omnia [illegible] formam corporeitatis [illegible] non debet habere [illegible] formam [illegible]. hoc est [illegible] actus corporis organici, [illegible] corporeitatis [illegible] debet corpus constitui per aliam formam, nempe formam corporeitatis.

Fit [illegible] corpore ex corpore, et [illegible], quod non [illegible] de [illegible] inanimatis, [illegible] dicimus [illegible] constare ex corpore. Et tali forma [illegible] materia et forma [illegible] in viventibus corpus quod est altera pars compositi, [illegible] materia [illegible] aliquam formam [illegible], quae

mento appellatur forma corporeitatis, quia per eam fit corpus. Probatur quia in morte hominis remanet idem numero corpus, ergo remanet eadem numero forma corporeitatis.

Haec sententia impugnatur 1°. quia si daretur huiusmodi forma, daretur formatio substantialis sed supposita generatione [illegible] homo, et corrumpitur substantialiter, et tamen remanet eadem forma corporeitatis quae erat prius, ergo nova generatio cuius [illegible] substantialis non est [illegible] alia generatio quod repugnat [illegible] de generatione, ubi est generatio unius est corruptio alterius, et e contra.

2°. sequitur contra secundam [illegible] dari in rerum natura individuum generis de praedicamento substantiae sine nulla specie corporis contrahentis, quod ita est impossibile, sicut [illegible] dicere aliquod animal in rerum natura nullius speciei animalium.

Dico ergo esse non dari huiusmodi formam corporeitatis, ac proinde corpus organicum non constitui per illam.

Probatur conclusio 1°. quia sine fundamento et sine necessitate multiplicantur formae substantiales in eadem natura. Probatur antecedens, quia ad [illegible] est materia organizata cum suis dispositionibus accidentalibus, ergo superfluum est alia forma corporeitatis. Nec valet quod dicitur, forma est actus corporis organici, ergo supponit corpus constitutum per formam corporeitatis, nam [illegible] dici quod [illegible] corpus organicum [illegible] cum suis dispositionibus accidentalibus [illegible] explicat, forma est actus corporis organici, sicut albedo est actus albi, sicut ergo albedo constituit album, ita forma constituit corpus. Et per hoc patet solutio ad primum fundamentum.

Probatur 2°. conclusio, quia homo est unum per se, et non per accidens, ergo

in

in eo ad 2. pars dicit formam perfectam. Ad confirm. de uno
ens completum et alia forma perfecta non fit unum ens
per se, sed per accidens. Sed mata cum forma specifica corpore-
itatis faceret unum ens per se completum, quod adueniens [illegible]
faceret unum ens per accidens. Neg. dicas mata cum illa
forma corporeitatis ad ens incompletum, quia quamuis for-
ma, cum sit incompleta conficit ad specificam speciem ani-
mans quod constituit speciem completam. Contra [illegible] quod illa
forma non sit actus speciei completae, cum sit actus cor-
respondens in eodem genere ipsius potentiae mata.

Ad aliud quia plures formae perfectae non possunt esse in eadem
mata cum non [illegible] quid [illegible]. Unde quia dicimus
in [illegible] formam corporeitatis non esse eandem mate, nam
vel illa forma corporeitatis daret rationem genericam corpo-
ris vel rationem specificam seu ultimam dat, quod non est [illegible]
[illegible] Sed nec nulla forma dat rationem genericam quin
det rationem specificam, quia genus non reperitur extra spe-
ciem, sed in specie, sic quoque ad 2am partem, quia ratio
specifica corporis debet a tali vel tali forma quae cum
mata constituit corpus quod frustra poneretur alia forma cor-
poreitatis ad hunc effectum. Confirm. illa forma, quae ipsa
dat rationem specificam, dat etiam rationem genericam, sicut albe-
do quae facit album facit etiam coloratum quod est genus
eius, sed eadem ratione ad formam quae facit tale corpus specificum
facit etiam corpus genericum.

Ad 2um fundamentum [illegible] sententia S. Thomae cum dicit mixtum componi ex
corpore et anima, nomine corporis debet [illegible] intelligi mata
ipsa affecta organis [illegible] dispositionibus [illegible] ita S.
Thomas. [illegible] quando dicit mixtum componi ex corpore
et forma, nomine corporis possumus intelligere materiam, ut [illegible]
pro

sed quendam gradum metaphysicum formae seu sicut dicit
comprehendentem materiam, et formam ad quatenus forma est, sed prae-
terquam dat gradum corporeitatis: ut declaratur in [illegible]
[illegible] et singularem gradum speciei, quem addit ex-
tra communem gradum corporis, distinguitur in viventibus se-
parata a corpore, et sequitur corpus per modum partis phys-
icae ad quam forma [illegible] [illegible] [illegible] corporata
ad [illegible], sed quia ita concipit ac [illegible] ac si esset
forma distincta, ita [illegible] [illegible] [illegible] 16. [illegible] 4.
Scotus. [illegible] et alii

Ob. 1° in morte hominis recedit forma, et non statim introducitur
alia forma, ergo non potest dici quod maneat materia sine forma
ergo [illegible] quod maneat sub forma corporeitatis, [illegible] quia
si introduceretur alia forma illa esset diversa pro diversitate
dispositionum [illegible] autem non ita [illegible] in morte hominis
idem manet cadaver [illegible] et [illegible] [illegible]
sine [illegible]. Confirmatur quia non potest assignari causa a qua talis
forma educatur.

R. neg. min., in morte hominis introducitur forma cadaveris
et [illegible] inde non manet materia [illegible] omni forma. [illegible] for-
ma cadaveris in viventibus specie diversis, est specie distinc-
ta. In eodem vivente pro diversitate dispositionum non
est necesse quod sit diversa specie, quia sicut diversae dis-
positiones non [illegible] formam [illegible] cadaveris, ita [illegible]
[illegible] [illegible] non potest [illegible] specifica. Quod attinet ad cau-
sam efficientem, potest dici quod [illegible] [illegible] [illegible] causa
[illegible], sicut generaliter dicitur de his quae per accidens generantur
et putrefactione.

Ob. 2°. si non est idem numero corpus vivum et mortuum, quod
iacuit in sepulchro idem numero corpus quod fuit in Christo vivente.

Ideo identitas numerica duplex est: 1.° completa, quæ resultat ex hac materia, et ex hac Anima vivente, et hoc modo Corpus Christi non fuit idem numero vivum, et mortuum, nam habuerit aliam formam distinctam à priori, nempe formam cadaveris. 2.° identitas numerica incompleta est identitas materiæ, et aliis accidentibus, et hic fuit in corpore Christi Mortui dimissa identitas suppositalis, quæ est eadem suppositalitas, et subsistentia, atque hanc sine dubio habuit corpus Christi mortuum, quod fuit idem suppositaliter. In hoc sensu explicandi sunt sancti Patres quando dicunt, idem fuisse Corpus Christi vivum, et mortuum, fuit enim idem identitate suppositali, et identitate numerica incompleta;

Articulus Secundus.

An

Corpus Organicum constituatur per formas substantiales Partiales.

Cum Anima requirat varia organa ad suas operationes, ut sunt cor, cerebrum, Caput, Manus &c. oritur quæstio an hæ partes organicæ constituantur in suo esse per formas substantiales, partiales, præter diversas totali, nempe Animam.

Dicendum est partes organicas non constitui per formas substantiales diversas.

Probatur 1.° quia non datur in eo composito plures formæ substantiales diversæ, ut supra diximus, ergo. Probatur antecedens. Si darentur plures formæ substantiales in eadem materia, vel essent essentialiter subordinatæ inter se, itaut una haberet se ut potentia, altera ut actus, vel essent ordinatæ ut

dispositio-

ad formam, vel alio modo essent ordinatae, sed se haberent mere in-
comitanter, sed nullo ex his modis plures formae possunt
esse in eadem materia, et nullus alius modus potest excogi-
tari ergo maior constat ex sufficienti partium enumeratione.

Probatur Minor. quoad primam partem nulla est forma substantialis
quae se habeat ut potentia respectu alterius, quia si aliqua forma
hoc modo se haberet, ut potentia respectu alterius, posset perfici a
perfici alia forma, ergo illa forma, quae est perfectibilis
non constitueret compositum in ultima ratione specifica, sed
solum in ratione generica adhuc contrahibili, ut perfectibili
perfici alia forma, sed hoc non potest dici ergo. Probatur minor. quae-
libet forma substantialis est essentialiter constitutiva in ul-
tima aliqua specie completa substantialis formae, sed
quaelibet forma communicat compositi, ut tamen suum esse
suam ergo essentiam, ergo quaelibet forma constituit compo-
situm in aliqua ultima specie, et non solum in ratione ge-
nerica, quae sicuti non reperitur sine ratione specifica, ita
non potest tribui sine ratione specifica. Probatur Maior. Quia
quaelibet forma est essentialiter diversa entitas ab omni
alia entitate diversa specie ergo quaelibet forma est in
ultima specie constituta. Confirmatur primo quando advenienti
formae vel est expleta tota capacitas, vel non, si primum non
ergo potest iterum recipi alia forma; si secundum quomodo
potest materia trahi, ut incompleti actuato. Confirmatur 2°
nulla datur forma accidentalis ita subordinata alteri ut
sit illi potentia respectu alterius formae accidentalis,
ergo neque datur forma substantialis, quae se habeat, ut potentia
respectu alterius formae accidentalis; ergo neque datur for-
ma substantialis, quae se habeat ut potentia respectu alterius
formae:

substantialis. Prob. Ant. quia nulla est forma accidentalis
quae det composito esse primum contrahibile ad speciem
ultimam per aliam formam, sed est dare aliquam formam sub:
ordinis quae det composito solam rationem genericam colorati,
et quae perficiatur per aliam formam, a quo constituatur compositum
in ultima specie, ergo pari ratione, nulla datur forma sub:
stantialis, quae sit veluti forma ad speciem ultimam, et
constituens compositum in aliquo esse generico, et perficiatur
per aliam formam substantialem.

Nunc probanda est eadem minor primi argumenti, quo ad 2am
partem, quod scilicet non possint esse plures formae substantiales
immediatae, ita ut una sit dispositio ad aliam. Primo quia
sine fundamento asseritur quod una forma sit dispositio
ad aliam, ut patebit ex solutione obiectionum. Secundo
impossibile est ut una forma recipiatur in materia solum ut
dispositio ad aliam formam, quia quaelibet forma substantialis
unita materiae constituit compositum substantiale in
aliqua specie infima vi naturae, ac proinde constituit
compositum in esse perfecto et completo, ergo non potest
esse dispositio ad aliam formam substantialem, quia quod
quod advenit enti constituto in esse completo est accidens.

Restat probanda 3a pars quod nimirum non possint esse in
materia plures formae substantiales disparatae, id est
et sine ullo ordine, quia vel possent esse simul in
aliquo certo numero v.g. duae tres, vel possent esse
simul omnes. Non primum quia si possent esse simul duae:

ut istis formis, cum non etiam repugnent, et opponantur. unde non habetur talis limitationis ratio ut specifica natura sit ad recipiendum tot formas, et non plures, nec potest dici 2° quia si possent esse simul naturaliter omnes formae substantiales in eadem materia, non esset cur ad introductionem ignis corrumpi ligni, quando generatur ignis, nec debet dici quod generatio unius sit corruptio alterius, nec videtur corrumpi lignum, quia perierunt dispositiones; nam ex hoc ego infero non posse esse plures formas in eadem materia; nam cum quaelibet forma ab alia diversa requirat diversas dispositiones accidentales, quae naturaliter sunt incompossibiles in eadem materia, ita et ipsae formae substantiales erunt naturaliter incompossibiles.

Prob. 2° a Caietano quia si darentur formae substantiales plures simul, per generationem esset contra Arist. 5° Physicorum tx. 8. et 9.

Probo 3° nam Arist. 2° de Anima tx. 9. et primo de partibus animalium cap. 1° et 2° de generatione animalium cap. 1° docet manum, oculum, carnem etc. esse aequivoce talia, quando non sunt amplius animata, si autem darentur tales formae partiales, cum non animata dicerentur univoce eadem, quia remanerent eaedem quoad formam carnis; ergo per Arist. non dantur tales formae.

Prob. ultimo quia nulla est necessitas ponendi tales formas, ergo non sunt ponendae. Prob. Ant. quia diversitas, quae apparet in carne, et in osse solum potest per solam diversitatem accidentalem, sicut v.g. in ligno per solam diversitatem accidentalem salvatur diversitas, quae apparet in parte nodosa ligni, et in caeteris partibus. Conf. sicut in homine habentur ab una anima totali ea quae sentiunt, vegetantur, quare hic potius [illegible] habere [illegible] carnis, ossis etc. ergo frustra multiplicantur aliae formae partiales substantiales.

Solutio fundamentorum sententiae contrariae

Obiiciunt 1.o adversarii qui admittunt formas partiales substantiales: [illegible] est [illegible] sanguis, tamen [illegible] differre ab omnibus; ergo caro et ossa habent diversas formas substantiales. Confirmatur quia post mortem hominis caro et ossa differunt essentialiter. Confirmatur 2.o quia ipsis [illegible] magna apparet diversitas accidentium in illis partibus; ergo signum certum est quod sint diversae formae substantiales.

R.o [illegible] sanguis [illegible] hominum [illegible], esse ossa et carnem [illegible], differre substantialiter per [illegible] aliorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] diversitatem, sed [illegible] distinguunt an sit diversitas accidentalis an essentialis.

Ad 1.am confirmationem dico post mortem hominis succedere formam cadaveris, quae in nata cum tali dispositione [illegible] tamen cadavera [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] post mortem [illegible] differunt essentialiter substantialiter caro et ossa, sed solum accidentaliter.

Ad 2.am confirmationem: non semper per diversitatem accidentium [illegible] arguitur diversitatem formarum substantialem, alioquin ex diversitate [illegible] et [illegible] posset inferri diversitas [illegible] informantis carnem et ossa: [illegible] [illegible] est quia [illegible] sunt [illegible] formae, quae in diversis partibus habet [illegible] diversitatem [illegible] operationum [illegible] organa, et dispositiones; [illegible] ipsa in se indivisibilis sit et incapax [illegible] substantialis, et [illegible] dicimus [illegible] [illegible].

Dices homo [illegible] [illegible] constare ex [illegible] et corpore, [illegible] autem corporis intelligit aliquod compositum sub-

stan-

ita ut contradistinctio ab ipsa, quod corpus constat ex aliqua forma speciali.

R. corporis intelligitur tota materia quae organizata accidentaliter, ita S. Thom. 1a parte quaest. 76 art. 4o et Arist. 7 Metaph. textu 53. Aliam solutionem huic argumento dedimus quaest. prec.

Ob. 2o si darentur formae partiales, homo non nutriretur, probatur seq. quia quando homo nutritur debet converti alimentum in hominis carnem, ossa etc. hoc est omnia debent nutriri, si autem caro sit quoddam compositum speciale, et sic ossa etc. et nervi, non potest alimentum converti in carnem quia deberet in compositum ossa etc., quia nihil aliud est aliquid converti in aliud, quam in eo producere formam eius in quod convertitur.

R. neg. seq. quando homo nutritur ex partibus materiae alimenti [illegible] unio [illegible] quae ossa etc. unitur illis partibus materia, et cum tali vel tali temperamento qualitatum facit carnem, ossa etc. hoc modo bene salvatur nutritio hominis, et conversio alimenti in carnem, et ossa absque eo quod requiratur alia forma specialis etc.

Ob. 3o sine formis partialibus difficilius explicantur aliqua mysteria fidei, et aliqua apud theologos certa. 1o quia non potest salvari, et explicari quomodo B. Virgo sit mater Christi, si illi nullam tribuit formam specialem, sed solam materiam. 2o non potest explicari quomodo fuerit idem corpus Christi vivens, et in sepulchro mortuum. 3o ex vi verborum in consecratione fieret etiam praesens ossa Christi, quia sanguis sit praesens per solam concomitantiam et [illegible] cum corpore, et debet fieri [illegible] si fuisset a verbo aliquid de novo assumptum post mortem Christi-

[illegible]

necesso forma cadaveris, quod est contra omnes Theologos qui, licet assumpsit nunquam dimisit. 5° sequit explicari quid nam corpus fieret ex vi verborum in sacramento eucharistiae, si aliquis Apostolorum in triduo mortis Xpi consecrasset. 6° Non pot explicari cur veneremur ossa et reliquias sanctorum, tamen si non retinent eandem formam substantialem quam prius, sed habent diversam, rob dici quod post mortem non sunt ossa illius sancti. Quid ergo veneramur?

R. Ad primum per arg, ad probationem dico, nec B. Virginem dici matrem Xpi, nec aliam foeminam dici matrem alterius, ex eo quod illi dederint formam aliquam substantialem substantiam. Sed B. Virgo, et caeterae mulieres matres sunt, quia disponentes ultimatim materiam ad animam rationalem recipiendam, concurrunt ad substantialem unionem animae cum corpore, et hic attingunt compositum idem, cuius matres esse dicuntur. Igitur B. Virgo fuit mater Xpi, non solum quia ex purissimo eius sanguine desumpta est materia corporis Xpi, sed quia materiam illam disposuit ad receptionem animae rationalis, et ad unionem illius animae cum corpore concurrit, sicut aliae Matres.

Ad 2um. Patet ex praedictis corpus Xpi dici idem vivum et mortuum ratione identitatis hypostaticae. Negari tamen requirit quod docet S. Thom. 3a part. quaest. 10 art. 5° corpus Xpi vivum et mortuum non esse idem in omni rigore, scilicet omnino, alia ne erat forma corporis viventis, alia mortui.

Ad 3um dico ex vi verborum id poni in eucharistia, quod requirit compositum veritas verborum. Cum ergo dr hoc est corpus meum sit in panis ex vi illorum verborum, quod pars verborum non essent vera, cum ergo veritas illorum verborum exigit compositum, absque eo quod sit anima Xpi, dico anima Xpi

Sit

dr poni, 3 ex vi verbor. Sed id solum per concomitantiam
et propter unionem quam de facto hēt cum Xpi cor-
pore; sic sola materia non est corpus Xpi. Ergo ex vi
verbor. debet poni corpus Xpi. Ergo debet poni aliquid
ultra materiam, nempe forma corporalis. R. corpus Xpi
non est sola materia nuda, sed materia organizata, configu-
ratione accidentali, quare P. Vasquez disp. 187. cap. 4.
probat dicendum in eucharistia non esse ex vi verbor. etiam
accidentia pertinentia ad organizationem materiae, quia sine
illis non est corpus.

Ad 4.um R. nullum esse absurdum concedere aliquid fuisse a
verbo per unionem hypostaticam assumptum post mortem,
nempe formam cadaveris, assumptione 2.a et consequenter
ad [illegible] et [illegible] et debet [illegible] 3. part. disp.
38. [illegible] aliquid [illegible] poterat [illegible],
etiam accidentia in [illegible] Xpi, [illegible] ad unionem
hypostaticam, scilicet nova, et nova pars materiae.

Ad 5.um R. in triduo mortis Xpi [illegible] ex vi verbor. fuis-
se ponendum in eucharistia, quod ex vi verbor. fuisset po-
situm [illegible], et [illegible] de facto ponitur [illegible] sicut
nunc per concomitantiam ponitur [illegible], quia de facto unita est
[illegible] ipsi corpori, ita in triduo illo per concomitantiam po-
sita fuisset forma quae unita fuisset corpori.

Ad 6.um de reliquiis sanctorum R. nos venerari ea sanctorum,
quia in his manet morale fundamentum relationis ad sanctos et
ex illis excitatur in nobis memoria, et affectus in sanctos, sicut
propter similem rationem veneramur etiam ea quae tacta fuerunt
a sanctis, quia ex eo contactu manet morale fundamentum rela-
tionis ad illos.

Quaer.

Quaestio

De corpore organico in communi

Diximus est corpus organicum et instrumentarium, quod habet diversa organa et instrumenta accommodata ad diversas operationes exercendas, quare organis tanquam partibus integrantibus constat corpus, quod informatur ab anima.

Dividitur corpus organicum in partes similares seu homogeneas, et dissimilares seu heterogeneas. Partes dissimilares sunt, quae et membra in animalibus vocantur, aggregata quaedam ex variis partibus similaribus, qualia sunt in animalibus caput, brachia, pectus etc. in plantis radix, caudex, rami etc. Partes similares sunt illae ex quibus dissimilares fiunt, ut v.g. caro, medulla, venae, ex quibus constat caput, pectus etc.

2.o dividitur corpus organicum in partes fluidas, solidas, medias, et excrementitias. Partes fluidae sunt humores, sanguis, lac, colera, succus in plantis etc. Partes solidae sunt ossa, spinae, nervi etc. Mediae cerebrum, medulla, caro. Excrementitiae ut pili, capilli, ungues, pluma, squama etc.

3.o dividitur corpus organicum in partes viventes et non viventes; viventes dicuntur illae, quae informantur ab anima, non viventes, quae licet aliquo modo pertineant ad corporis integritatem, anima tamen non informantur. His explicatis, oriuntur aliquae dubitationes:

Art. 1.us

An anima informet omnes partes corporis

Non

Non defuere ex antiquis Philosophis qui dicerent animam
esse solum in aliqua parte corporis determinata, ex qua
veluti ex regia corpus administrat. Aliqui eam constitu-
erunt in capite, alii in pectore.

Dico est animam non esse in una tantum corporis parte, sed in om-
nibus partibus quas vivere experimur.

Pr. 1° ex definitione animae quae est actus corporis organici, quod non unius
tantum partis; 2° quia informatio animae maxime nobis apparet
ex operationibus vitae, sed has non videmus in solo capite et
cerebro, aut corde, ergo.

Pr. 2° quia totum corpus dicitur animal, et non solum cor aut
cerebrum. Licet autem alicui parti corporis tribuatur prin-
cipatus, ut Galenus tribuit [illegible], cerebro, et cordi, alii
Philosophi sequuti totam faciunt monarchiam et alii
cordi dant principatum, non ideo tamen concludunt quod solum
in ea parte existat anima, sed hoc faciunt propter alias rati-
ones.

Obiicies: Si anima non esset in una tantum parte, vel esset pars in parte cor-
poris, et tota in toto corpore, vel esset tota in qualibet par-
te corporis, et tota in toto: non primum, quia si esset pars in
parte corporis, vel in qualibet parte corporis esset anima cum
suis potentiis, vel non; alterum dici [illegible], quod absurdum dici potest.
2um quia non potest intelligi quomodo anima sit tota in toto,
et tota in qualibet parte.

Rs. neg. min.: sed probabiliter dicitur animas quae sunt divisibiles ha-
bere partes in partibus corporis, et esse totas in toto corpore,
animam vero rationalem, quae est indivisibilis esse totam in toto
et totam in singulis partibus. Ad id quod dicebatur an in
singulis partibus natura habeat anima omnes suas potentias, dico
habere omnes illas, quae ab ipsa anima non dependent, de quibus
infra

infra. Ad illud quod obiciebat dicendum non intel-
ligi, sicut intelliguntur multa alia difficilia, sed hoc ex-
plicabitur cum agemus de sua ratione.

Art. 2.us

An partes fluidae corporis organici sint animatae

Prob. est non esse animatas partes fluidas corporis organici u.g.
sanguinem, succum in arboribus, hac de quocunque, et tamen
quaestio est de sanguine. Gal. 2° de elem. ait sanguinem non
esse animatum. Ita etiam sentit S. Thomas 1a parte quaest. 119
art. 1° ad 3um et alii, ut Albertus, Durandus et quidam alii, adde
Aristotelem lib. 2° de partib. anim. cap. 10 ubi ait sanguinem
nullam esse partem animalis.

Pr. 2° quia humores, seu partes fluidae non sunt continuae cum
reliquo corpore, ergo non sunt animatae; pr. ant. ex Arist. 3° de
hist. anim. cap. 19 ubi habet haec verba: Non enim sanguis
continuus carni, neque cognatus est, sed in corde ac venis
quasi vasis continetur. Sanguis ergo et partes fluidae
sunt in corpore, sicut liquor in vase, sed liquor in vase
non continuatur in vase; ergo nec partes fluidae continuantur
cum corpore, ergo non sunt animatae. Pr. hac cons.
quia una et eadem forma non potest informare nisi par-
tes materiae continuae, ergo cum sanguis non continuetur
cum carne et cum reliquis partibus corporis, nec potest
informari eadem anima.

Pr. 3° si sanguis esset animatus, esset aliqua pars humani corporis
ergo ex vi consecrationis poneretur ..., et non concomitanter
in eucharistia non sanguis quem..., et vera corporis Christi, op-

opponitur autem statuit conc. Trid. ss. 13. cap. 3

q. sanguis non est animatus.

Ob. 1. pl. cum Scoto, qui sequitur contrariam sententiam: sanguis continuatur carni, q. sanguis potest animari.

R. neg. ant. quia sanguis ideo non continuatur cum venis, quia differt a venis sicut aqua a canali, sed in corpore excoquitur sanguis tanquam aqua [illegible] q. neg. sanguis continuatur carni. Confirmo quia si sanguis ligetur fortiter [illegible] aliquod spatium aliquam venam, certum est, quod [illegible] illud ligamen sanguis discontinuatur. Quaerimus igitur: an sanguis ille discontinuatus, qui est [illegible] in extremitate digiti sit animatus, vel non. 1um dici non pot. quia ille sanguis non continuatur carni. Si dicatur 2um q. ille sanguis nec prius fuit animatus quis n. eredat sanguinem illum [illegible] ligamen vena [illegible] Unde quod si solvatur ligamen, iterum ille sanguis cum alio continuabitur q. tunc deberet iterum animari. Sed hoc est plane ridiculum, nam qui solveret ligamen, suscitaret mortuum, redderet n. animam sanguini, qui illam amiserat.

Ob. 2. sanguis est de integrali compositione corporis viventis a[d] minus quam caro, q. participat eandem formam quam caro. Confirmatur quia partes quae sunt integrantes, aliquod corpus debent habere eandem formam, alioquin non integrarent unum, sed plura.

R. cum Durando in 4. dist. 44. quaest. 3. a. [illegible] tria partium genera reperiri. Aliquas esse, ut materia, et forma. Alias integrales et primarias, ut caput, pedes. Alias integrales, sed 2arias quae etiam dicuntur [illegible] integrales ex quibus aliqua sunt necessaria ad [illegible] sanguis et reliqui humores non sunt partes entales p. et 2. modo, sed 3. modo, quod genus partium non oportet esse animatum. -

dices

Dices. Isti humores ita integrant animal, sicut 4.or elementa integrant mundum, sed elementa sunt partes integrantes mundi, ergo etiam humores.

R. est disparitas, quia mundus est unum quid solo ordine, mento continuitatis et aliis corporibus, licet dispersis et discontinuis; at vero animal est singulariter unum substantialiter, et quodlibet animal est corpus absolute unum, et per consequens non potest coagmentari ex partibus non habentibus continuitatem, quomodo sese habent humores.

Ob. 7.o Effuso sanguine, perit animal amittit vitam, ergo sanguis est pars integralis et necessaria ad constituendum totum, quod non est alimentum sicut ceteri humores integrales.

Confirmatur. Aristoteles 2.o de part. animal. cap. 2.o numerat sanguinem inter partes animalis, et lib. 3.o de part. anim. cap. 5.o vocat sanguinem unam partium animalium, et eodem lib. cap. 15.o ait sanguinem animarum. Galenus inquit in tractatu: est sanguis omnium animalium, et sine eo nequeunt vivere, et sane quamdiu vita durat sanguis animat et fovet.

R.o effuso sanguine moritur animal non quia sanguis sit anima: sed quia est pars necessaria ad vitam...

Est autem necessaria non solum, quia alimentum est, verum etiam quia ex eo spiritus efformantur, et quia maxime fovet naturalem calorem; quoniam ergo vita maxime consistit in calido, et humido, ideo deficiente sanguine animal extinguitur.

Ad confirmationem, Aristoteles appellat sanguinem partem animalis, quia est pars necessaria ad conservandum animal, et illum numeravit inter partes similares, quia non constat ex aliis partibus dissimilium rationum, ut argumentum capit.

Art. 3.us

An Partes solidae, mediae, et excrementitiae corporis organici sint animatae.

Quo ad 1am partem dicendum est: Partes solidas, v.g. ossa, nervos, dentes, spinas, et his similes esse animatas.

Pr. 1o auctoritate Aristotelis, qui hoc praecipue docuit de anima lib. 3o de hist. anim. cap. 3o, et partes id facere de partib. 2o de partib. cap. 7o.

Pr. 2o in omnibus his partibus saltem una apparet operatio vitalis, nempe nutritio, in multis etiam sensatio, ergo huiusmodi partes solidae sunt animatae.

Quo ad 2am partem dicendum 2o ex partibus mediis carnem, cerebrum, medullam spinalem esse animatas.

Pr. pro ex operationibus vitalibus quae in huiusmodi partibus apparent, et quia vita videtur fere praecipua in corpore organico. 2o de medulla spinali, de qua aliqui dubitarunt, illa medulla est eiusdem rationis cum cerebro et quasi defluxus cerebri per spinam, sed cerebrum est animatum, ergo etiam medulla spinalis.

Quaeres an medulla, sanguis, adeps, et his similes partes sint animatae.

Rp. negative, quia vel tales partes sunt substantialiter pingues, ut docet Aristoteles, unde non nutriuntur, sicut non vivit pinguis, et differunt a pinguedine nullum habens signum vitae, et cum nullam tenent terminum magnitudinis, ut aliae partes animatae. Videtur probabilius esse oppositum.

Dices ex pinguedine animalis multa [illegible] venae, ergo pinguedo nutritur.

Rp. non esse venas, sed partes pinguedinis ad hoc sufficienter alterari, aut converti in pinguedinem.

Quo

Quo ad 3.am partem dico 3.o partes excrementitias u.g. ungues capillos, cornua, rostra, et his similes partes n[on] esse animatas. Pb. p.o auctoritate Aris. 2.o de part. anim. cap. 8. et 3.o de hist. anim. cap. 11.o

Pr. 2.o experientia, quia pili et ungues crescunt etiam mortuis, q[ui] non habent vitam.

Conf. quia capilli et ungues magis crescunt infirmis, quia scilicet quia nimirum in infirmis plus est putredinis, quae a viventibus abjicitur in capillos et ungues; ergo hae partes excrementitiae non vivunt.

Ob. p.o Aris. 3.o de hist. anim. cap. 9.o docet, ungues, ungulas, et cornua sequi naturam cutis, sed cutis animata, ergo etiam istae partes animantur. 2.o docet Aris. boves in fugia movere cornua, ut auriculas, ergo cornua animantur ut auricula. 3.o docet eodem ungues aliquando degenerare in ossa. 4.o docet de historia animal. illa animalia quae habent cornua non habere dentes superiores, cuius est ratio, quia materia quae deberet esse dentium superiorum abiit in cornua, ergo eadem materia abiit in dentes, et in cornua, sed dentes animantur, ergo et cornua.

R. ad p.um cornua sequi naturam cutis in colore, vel in alia conditione ut eadem ait Aris., non tamen in substantia. Ad 2.um dico inde colligi cornua adhaerere cuti, et cum illa moveri, non tamen esse animata. Ad 3.um dico comparationem fieri in duritie, non in substantia. Ad 4.um r. ideo esse cur cornuta careant dentibus superioribus, quia non habent superiorem maxillam aptam cui infigantur dentes, sed hunc defectum compensavit natura dando ijs animalibus cornua ruminandi ad facilem digestionem.

Ob. 2.o capilli crescunt, ergo patiuntur defectum caloris, ergo vivunt.

R. 2.o non crescunt in infinitum, sed ad certum terminum, ut patet

patet in pueris capillos non producentibus. 2° dat quidam morbus p quem capilli surgunt et inflammantur, quo tempore si pungantur acu, sanguinem fundunt, et saepe secandi causant mortem q. capilli vivunt.

R. ad 1um capillos crescere, non quia deficiat calor, quem in ea materia faciat tantum, sed quia simpliciter in toto corpore deficit calor, unde etiam deficit in ea materia reiicienda. Ad 2um r. capillos p accidens non crescere in infinitum, vel ex defectu materiae, vel quia tantum crescunt, ut natura perfecerit bene longum capillum non potest extrudere, unde illa materia in alias partes reiicit. Ad 3um r. inde non colligi capillos animari, sed ob sumptum in capillis quandam eorum qualitatem, quae p huiusmodi morbum putrido repletur humore, qui sanguis capillo erumpit, et saepe gravius hominem laedit.

Quaestio 5a

Quotuplex sit Anima

Certum est de facto dari tres animas, vegetativam, sensitivam, rationalem. Dixi de facto, quia de possibili non repugnant plures animae, nam sicut reperitur vegetativa sine sensitiva, ita videtur posse dari sensitivam sine vegetativa, imo intellectivam sine sensitiva, q. de possibili nulla apparet repugnantia quo minus possint dari plures animae.

Probatur de facto tres assignatas dari animas. Tot sunt de facto animae genera, quot sunt diversa principia vitae in corporibus, sed haec sunt tantum tria, nempe vegetativum, sensitivum et rationale, q. etiam tres sunt animae, sensitiva, vegetativa, rationalis. Maior est clara ex definitione animae in communi, quia

quod est principium vegetandi seu viuendi, sed vita pro de
vegetabilibus, nam de scriptura, et ratio nostra est quia du-
bitur ... in quam ad 1. Corinth. 15. tu quod seminas non
vivificatur nisi prius moriatur. ubi Paulus productionem plantae
appellat vivificationem, ergo quod sic producitur vivit vita
vegetativa. Sanctus Basilius lib. de Spirit. cap. 20 ait
loquens de plantis. Hoc genus rerum quamvis non sentiat vi-
uit, et per hoc etiam mori et occidi. Rursus hoc habetur
in Psalmo. Occidit in grandine vineas eorum. Non occiduntur
nisi ea quae vivunt, ergo plantae vivunt.

Pr. 2° ratione, quia vegetatio est operatio vitalis, sed ista opera-
tio non fit eam nisi ab anima vegetativa, ergo cum detur ista
operatio, ut apparet in plantis, datur etiam principium
huius operationis, nempe forma vegetativa. Solum maior indiget
probatione. Operatio vitalis est operatio immanens a principio in-
trinseco consistens in eo quod talis, ita ut excipiet eam a
principio extrinseco, nihil n. aliud requiritur ad operationem
vitalem, huiusmodi est vegetatio, ergo vegetatio est operatio
vitalis.

Ob. 1. Nutritio quae est operatio formae vegetativae non est ope-
ratio vitalis, ergo forma vegetativa non est principium o-
perationis vitalis. Probatur ant. nutritio est actio transiens, ergo
non est operatio vitalis quae debet esse immanens. Probatur
ant. Nutritio duo includit, vel tria, ergo unum alterare alimentum
2.um convertere alimentum in aliam substantiam speciei aliti, 3.um
habere substantiam genitam unitam substantiae praeexistenti speciei
aliti, atque. Sed tres operationes transeunt in extremum de-
stinatum s. in alimentum substantiam de novo genitam di-
versam ab ipso principio vegetante, ergo cum non sint ope-
rationes immanentes non erunt vitales. ... R.

R.o neg. ant. Ad probat. neg. ant. et nego etiam nutritionem esse actionem transeuntem. Pro quo adverte duppliciter posse dici actionem immanentem, 1o quia operatio maneat in eodem principio et organo a quo fit, 2o quod maneat in eodem supposito, seu toto. Atque 2a immanentia requiritur ad vitam quae reperitur in nutritione, licet n. forma vegetativa agat in alimentum, tamen cum ipsum alimentum transeat in idem suppositum cum vegetante, verum est dicere quod illa operatio maneat in eodem supposito, ac proinde est immanens, et non transiens. Porro vero praecipue convenit actioni illi quae novas partes praeexistentibus unit.

Ob. 2o forma vegetativa nullum habet praedicatum vitae commune cum vita Dei, ergo planta non vivit. Conseq. patet quia nulla res creata habet veram vitam nisi quatenus participat vitam Dei, ant. probatur, quia nullum tale praedicatum commune potest assignari.

Confirmatur quia vita Dei non est motus, etiam si loquamur de vita in actu 2o, nam motus dicit rem aliter se habere quam prius, quod in Deo repugnat esse, vita autem in actu 2o in rebus creatis non est nisi motus, et operatio.

R.o transeat ant., neg. conseq. Ad probat. neg. ant. non est necesse ut omnia praedicata quae formaliter habent in creaturis habeant per participationem similium praedicatorum formaliter existentium in Deo, nam multis creaturis formaliter convenit praedicatum corporeitatis, quod tamen non est in Deo. Quod si dicas tale praedicatum esse in Deo eminenter, ergo etiam dicendum est eminenter in Deo praedicatum vitae plantarum ... ... Obj.

Ob. 3.° sunt duo genera animalium ergo non tria. Prob. ant.
non dantur sola vegetativa, ergo supersunt dua quo-
rum una est vegetativa simul et sensitiva, alia ve-
getativa simul sensitiva, et intellectiva. Pr. ant. plantae
non solum crescunt, sed etiam sentiunt, ergo una planta
simul est vegetativa, et sensitiva. Pr. ant. plantae di-
stinguunt succos utiles a noxijs, ergo habent cognitionem sensiti-
vam, consequentia est clara. Pr. ant. experientia, nam cucumeres
currunt ad humidum aquarum, et fugiunt oleum, vites
fugiunt a lauro, ergo.

R. plantas non habent, neque discernunt succos utiles a no-
xijs, licet proprius appetitus sit, ut habent non directione
cognitiva aliqua regimur, sed per quandam determinationem
naturae appetunt sibi convenientem [illegible]. Quod vero de fuga,
metaphoricum est, dicuntur non vites fugere laurum, quia
male se habent prope laurum, quia nimirum aliqua
contraria qualitas ex lauro immititur in vites.

Ob. 4.° Philosophus lib. 2.° de anima tex. 13.° ait aliud anima-
tum esse vegetativum aliud sensitivum, aliud locomo-
tivum, aliud intellectivum, ergo sunt 4.or animatorum ge-
nera quatuor etiam sunt genera animalium et non tria.
Prob. ant. quia sicut reperitur vegetativum sine sensitivo et
sensitivum ac vegetativum sine ratione, et ratio cum
utroque, ita etiam reperitur vegetativum, et sensitivum
sine loco motivo, nam spongia, conchilia, et similia quae
[illegible] adherent et stant, nec loco
moventur, ergo.

R. praedicta divisio Phil. est potius quaedam enumeratio
quam exacta divisio. quando enim Phil. dixit qua-
tuor esse genera animatorum et rationem facit loco-
mo-

motive, dicta proprie locomotiva est, verum n. d. repe-
ritur sensitivum sine locomotiva, debuit ergo Aristoteles per-
fectionem facere locomotivam ut exprimeret operationem illam
quae magis sensibilis est. Sic vigilantes non reperiri sen-
sitivum sine locomotivo, et spongia movetur, nam con-
strictionis et extensionis dilatant, et constringunt; et conchi-
liae aperiunt, et claudunt. Ad 2um dico non intelligi ad
verbum. Non omnia quae sentiunt habent omnes sensus, sic
talpa habet gustum, et tactum non tamen visum, respon-
gia videtur solum tactum habere non visum, non auditum:
tamen motus localis facere ad extrinseco videt sensi,
et perfectius exprimere suam sensationem, ideo in iis anima-
libus quae habent omnes vel plures sensus reperitur per-
fectum principium motus progressivi in iis vero quae ra-
tione partis non habent sensus, sunt in imperfectum reperitur
motionis principium. unde spongia quae tamen imperfecte
habens tactum, imperfectum etiam habet motum solum
per dilatationem, et constrictionem. Quare absolute non
reperitur dari sensitivum sine locomotivo, unde ex
hoc capite non erat ponenda tamquam genera animatorum.

Quaestio 6a

An Animae sint Divisibiles.

Aliquid potest dividi in partes physicas i. materiam et for-
mam, vel in metaphysicas ut genus et differentiam, vel in
partes integrantes. Certum est 1o nullam animam posse
dividi in partes physicas, quia anima et viventis non est
corpus compositum ex materia et forma. Certum est 2o
om-

omnem formam esse divisibilem in partes Metaphysicas
nempe in genus et differentiam, quae partes reperiuntur
in perfecto statu. Remanet igitur quaestio de partibus inte-
grantibus, an scilicet in illas possit dividi omnis forma.

Dico quod est formam rationalem non posse dividi in partes inte-
grantes

Probatur quod authoritate Patrum, quorum loca citat hic
Suarez. Patribus consentiunt Theologi ac Philosophi omnes,
adeo ut quidam doceant, de fide tenendum esse formam
rationalem esse indivisibilem, scilicet Scotus asserit esse fidei pro-
ximum.

Probatur 2o ratione, quia si forma rationalis posset dividi, quod abscissa
manu hominis, pars formae absceditur vel ergo pars formae
corrumpitur, vel non. Non primum quia si una pars formae cor-
rumpitur quod etiam aliae partes essent corruptibiles, quod forma
rationalis non esset immortalis. Nec potest dici 2um nam si
non corrumpitur, posset ut nunc separatur illa pars formae.
Fingo hominem in peccato mortali existentem, quando
absceditur illi manus, postea vero illum poenitere et mo-
ri, illa pars formae abscissa quando erat in peccato
mortali deberet tendere ad inferos, et alia pars in coelum
quod pars formae esset beata, et pars damnata

Dico 2o formas plantarum et animalium imperfectorum quae vocant
insecta esse divisibiles

Probatur experientia, nam partes lacertae abscissae, vermium di-
visae vivunt aliquae diutius, aliae brevius, quod formae huius-
modi animalium insectorum sunt divisibiles. 2o rami
arborum truncati vivunt, et terrae commissi nutriuntur et
excrescunt in arbores, quod animae plantarum sunt divisibiles.

Respondent adversarii licet v.g. moveatur cauda scissa lacertae,

non

non tr^o genuit, sed ille motus est a spiritibus calidioribus qui adhuc remanent in ea parte scissa. Narrat Aristoteles 7. Phys. text. 4. se vidisse arietem progredientem absciso capite. Et Fulgentius narrat, Iacobum amisso corde ... duos passus ambulans, sic etiam serpens hominum capita truncata ... ac tr^o aliquando saltasse, imo aliqua etiam verba protulisse. Et in hoc omnia explicamus quod spiritus qui in iis partibus remanserunt, quo eodem modo possumus explicare motum caudae lacertae absciae.

Sed contra est quia motus qui fit per spiritus citissime deficit, quia ipsi etiam spiritus citissime evanescunt, at vero motus caudae lacertae absciae, saepe diu durat, quod ille motus non est a spiritibus sed ab anima. 2. arborum rami bene comixi nutriuntur, nutritio autem est operatio animae non spirituum: similiter vermes scissi utraque parte nutriuntur, quod in utraque parte remanet anima.

Respondeo 2. aliqui in ramo, et cauda lacertae scissae, producitur novam animam cum ibi maneant dispositiones requisitae ad talem animam.

Sed contra 1. si ibi sunt dispositiones quare 2. non remanet anima antiqua. 2. facilius valent anima columbi esse divisibilem, quam ex divisione columbi novam animam in cauda generari, quod potius illud quam hoc est asserendum.

Multo minus valet id quod dicunt alii: utramque partem lacertae vivere per eandem animam.

Non potest hoc dici, quia una et eadem anima esset in duplici loco, uno distante ab alio, quod naturaliter repugnat ut diximus in physicis.

Dicendum 3. omnes brutorum perfectorum animae, leonis, equi, bovis, ... sunt partes integrantes et ... divisibiles.

Sed

Pr. 1°. quia si anima equi esset indivisibilis idem posset producere se ipsum, hoc est absurdum, et undeinceps, ergo. Pr. seq. quia quando per nutritionem equus acquirit novas partes materiae, anima equi incipit pendere a novis illis partibus, et ab iis educi, ergo accipit esse de novo, hoc n. est educi formaliter ex materia, seu dependenter ab illa, sed hoc novum esse non accipit efficienter anima equi ab alio principio quam a principio nutritionis, quod est ipsa anima, ergo etiam novum esse non accipit anima equi ab alio, quam a se ipsa, ergo idem produceret se ipsum.

R. [illegible] a solo Deo produci illud esse novum, quod anima equi acquirit: anima n. equi solum disponit alimentum, Deus vero efficienter animam illam equi, quam prius educebat ex sola materia praeexistente, incipit etiam educere a nova materia acquisita alimenti.

Sed contra 1°. quia ex hac responsione sequeretur aliud absurdum, nam nova semper, et diversa productione produceret animam equi in nutritione quoties n. nova pars materiae acquiritur nova semper productione diversa a praecedenti produceret animam equi, quod videtur incredibile. Contra 2°. quia facilius est ponere animam illam divisibilem, ac per inde in nutritione a parte animae praeexistente produci novam partem ex [illegible] materia alimenti, quam recurrere ad Deum pro nova productione eiusdem animae.

Pr. 2°. quia anima brutorum educitur, et causatur a corpore, seu materia quam informat, ergo est divisibilis ad divisionem materiae ex qua educitur. Atque est evidens, nisi quis velit animam brutorum facere spiritualem, ut est anima rationalis, et quia anima equi non potest habere existere separata a materia, ergo pendet et educitur ex illa. Confirmatur 1° argumentum pr., quia si

eda:

educitur. Anima equi ex materia eiusdem, ergo vel per partes
equi educitur ex partibus materiae, vel tota ex qualibet
parte. Si primum, ergo anima equi est divisibilis et habet partes
iuxta partes materiae. Secundum non est possibile, quia sequeretur
unum et eundem effectum causari a duplici causa to-
tali, quod aliter est impossibile. Sequitur secundo quia ponatur
animam equi educi ex octo partibus materiae, sequitur nutrimentum con-
vertit, et acquirit decimam partem materiae a qua incipit
educi tendere. Anima equi, ergo tunc illa anima causatur a du-
plici causa totali adaequata: consequentia probatur quia ante nu-
tritionem ea anima perfectissime causabatur in genere causae
materialis ab octo partibus materiae, ergo ista erat adaequata cau-
sa animae: post nutritionem causatur ea anima ab iisdem par-
tibus materiae et praeterea ab aliis octo partibus acquisitis in
nutritione, et ipsis sufficientibus ad dandum esse illi
animae, ergo post nutritionem illa anima causatur a duplici causa
totali et adaequata in eodem genere, quod fieri non posse
supra vidimus.

Obiicitur 3°. Aristoteles de Iuve. et Sen. cap. 2° et de incessu a-
nimal. cap. 5° dicit animalia perfectiora divisa non
vivere, quia in ipsis anima habet magis unitatem quam in planta-
bis et insectis, ergo si sunt magis una debent esse indivisibiles.

R. Aristoteles non dicit esse indivisibiles animas brutorum, sed magis
unas, quia voluit distinguere istas animas ab animabus plan-
tarum, de quibus alibi dixerat esse quidem unas actu, sed
plures potentia, et quod manere possint in partibus divisis, ut
ergo anima perfectorum animalium sit magis una, satis est si
sit una actu et potentia, ita ut non possit divisa in
partibus consistere. 2° dixit Aristoteles animas animalium per-
fectiorum esse magis unas propter illam connexionem quam

parte

remanent partes formae in sui conservatione, quia non remanent anima plantarum et insectorum, cum illae possint conservari etiam divisae.

Dices forma est actus corporis organici, si autem forma esset divisibilis, ergo cuilibet parti deberet convenire esse actum corporis organici, hoc autem est falsum, quia pars animae quae informat v.g. cornu non est actus corporis organici.

R°. formam integram et perfectam dici actum corporis organici, unde etiam si partes sint eiusdem rationis, de specie ista sed quia ut sic non possunt existere in rerum natura, non debent esse ex se separatae actus corporis organici.

Ob. 3. Si forma equi esset divisibilis, ergo per nutritionem equus semper acquireret novas et novas formae partes, sed hoc non potest dici, ergo forma equi non est divisibilis. Probatur minor, quia si equus acquireret novas et novas formae partes semper acquireret maiorem virtutem ad agendum, cum virtus crescat cum ipsa forma, et constat experientia alia quod nimis experiuntur supra proportionem magnitudinem minus valere. Unde dicendum non est in tanto corpore [illegible] [illegible].

R°. neg. min. ad probationem dico verum esse quod addita nova forma augetur et virtus, unde equus maior plus ponderis fert quam parvus, sed per accidens potest contingere, ut crescat forma, et non virtus.

Ob. 4. Ex apprehensione, et appetitu alicuius rei, quae sunt in capite equi movetur pes equi ad pabulum. 2° quando equus verberatur in capite, calcitrat in pedibus. 3° si equus unum pedem ponat in aqua frigida, alterum in calida, discernit eandem diversitatem, ergo forma equi est una, et indivisibilis in toto corpore. Consequentia patet quia alio quin non possent salvari

uni alatae experientia, cum .1. moveant pedes, cum in capite est appetitus, ergo non fuit eadem forma indivisibilis, quae appetit pabulum, imperat motum, et movet pedes et sic de aliis.

R.o p.o deum colubri pulsans in capite movet caudam ergo forma aut colubri fuit indivisibilis quod ad negat [illegible]. R. igitur negando conseq.tiam, omnes .1. experientia allatae salvant [illegible], [illegible] connexionem partium formae et [illegible] [illegible] quam habent caetera membra respectu principii cognoscitivi, et appetitivi. Colligitur hoc ex [illegible] Arist. 2.o de part. cap. 7.o

Ob. 4. [illegible] si forma equi esset divisibilis, pars equi abscissa viveret, sicut vivit cauda lacertae, et ramus arboris, sed hoc est falsum ergo.

Conf. a contrario, quia tibia hominis scissa non vivit, quia forma talis non est divisibilis, ergo si forma equi est divisibilis, tibia equi abscissa vivet.

R.o pes equi abscissus non vivit, quia in illo non sunt sufficientes dispositiones, ut in eo separato a reliquo corpore conservet formam unde [illegible] dispositionem [illegible] et perit forma equi in pede. Aristoteles hic lib. p.o tex. 94 et 95 et de longitudine, et brevitate vitae cap. 7.o ubi ait formas perfectiorum animalium requirere plura organa, unde mirum non est si pars formae existens non ponit in pede scisso. 2.o ideo perit quia pars formae quae est in pede dependet a parte formae quae reliquum corpus informat et praecipue ab una aliqua parte, a qua si dividatur non potest recipere spiritus et alia quae sunt necessaria ad vitam, quod etiam dixit Arist. de juv. et sen. cap. 6.o

Ad confirmationem neg. conseq.tiam, nam defectus vitae in parte

[illegible]is:

scientia animalis, sed omni, vel quia forma est indivi-
sibilis, ut est forma potis, vel quia licet sit divisibilis
una pars pendet ab alia in sua conservatione.

Dices, s.o secto pede vivit equus, quia s. anima equi quae
est in capite pendet ab ea parte quae est in pede, sed
n. pars animae quae est in pede pendet ab ea parte quae
est in capite, et non e contra.

Rs. neg. seq. et ad probationem dico contra disparitatem esse quia
quaedam partes animae quae informant principaliora organa pos-
sunt esse sine ijs partibus quae informant organa motus
progressiva, cuius ratio nulla alia esse potest quam
potius salutem partium quae a posteriori dependerit, et
videmus [illegible] pedes equi non vivere, reliquum corpus
sine pedibus vivere.

Quaestio 7.a

An animae divisibiles sint aetherogeneae, vel homogeneae

Pm est partes animae divisibilis esse homogeneas ita [illegible]
des, [illegible], et multi ex antiquis Thomistis, et multi
ex [illegible] recentiores.

Pro contra. Nulla est necessitas ponendi huiusmodi partes
etherogeneas, et omnia bene salvantur si sint homogeneae,
ergo ponendae sunt homogeneae et non aetherogeneae. Ans pa-
tebit ex solutione obiectionum.

Obs. s. [illegible] ablatis a pede et capite equi accidentia, illae partes
[illegible] differunt inter se, [illegible] duo pedes [illegible]

Rs. neg. [illegible] ablatis accidentibus, nulla erit differentia inter illas
partes, [illegible] erit caput.

Disputatio 2.a

De Anima vegetativa

Quaestio p.a

Quid sit Anima vegetativa, et quibus conveniat

Quo ad p.am partem. Anima vegetativa est actus potentiis corporis organici, potentia vitam habentis vegetativam. Vel est principium nutritionis, augmentationis vegetationis.

Difficultas est quo ad 2.am partem, quia nam viventi hac anima vegetativa, an sola planta, an etiam lapides, et metalla, ut multi contendunt.

Dico est sibi plantis convenire animam vegetativam, non autem lapidibus et metallis.

P.a pars patet, quia in plantis apparent operationes vitales vitae vegetativae, ut etiam infra videbimus, ergo.

Probatur quo ad 2.am partem, quia in lapidibus, et metallis nulla apparet vitalis operatio animae vegetativae, scilicet nutritio generatio et ergo iis non convenit anima vegetativa probatur ergo et solutionis obiectionum.

Obiicies p.o lapides et metalla nutriuntur crescunt, et generant ergo vivunt anima vegetativa. Ergo probat contrarium quo ad 2.am partem, quia in metallis et lapidibus vena sunt quae sunt instrumenta nutritionis, ergo nutriuntur. ... habent organa nutritionis a natura ... debent nutriri.

Resp.

Confir. quia metalla et lapides habent suas radices, quibus attrahunt humores ex terra sicut plantae, ergo lapides et metalla vivunt sicut plantae. 2a pars eiusdem artis probat fundamentum experientia, quia videmus lapides et metalla crescere.

R.o neg. ant., et neg. in lapidibus et metallis esse veras venas quae sint per intervalla partium, cum n. lapides augeantur per simplicem additionem, seu per adgenerationem partis ad partem, saepe contingit ut inter partes addat partem, ut intervallum quoddam remaneat et fiunt venae ut apparet signanter in iis quae aggeruntur.

Ad confirmationem dico in lapide non esse radices, ubi n. sunt h. non apparent.

Ad probationem 2ae partis dico lapides augeri, non quidem per nutritionem, sed per simplicem additionem, vel adgenerationem factam ab extrinseco, neq. n. metallum generat metallum, sed ad huiusmodi generationem concurrit sol, et aliae causae &.

Ob.t 2o metalla, et lapides saepe imitantur in figura et in partibus extrinsecis arbores, cum videamus in iis assimilare radicem, calamum, ramos, frondes, ac fructus &, ergo lapides et metalla vivunt sicut vivunt arbores et plantae &.

Confir. quia in Ungaria saepe erumpunt supra terram filamenta quaedam auri, quae quidem quid aliud sunt quam germina vegetantis auri, cum sint ad tres vel quatuor digitos alta.

R.o conseq.am quia si valeret, probaret etiam lapides vivere ... cum aliquando inveniant. lapides

her:

humanam figuram perfecte referres.

Ad confirmationem dico inde non colligi veram generationem auri nascentis quasi in aliqua radice, sed accidit illa emptio auri, vel quia consideratio terra incipit apparere illa expansio auri quod antea latebat, vel quia per terrae vim metallum illud deducitur actione solis, vel alia causa &c.

Obj. 9°. Saepe ita loquimur de lapidibus et gemmis quod dicimus alia sunt matura, alia acerba, sicut de fructibus qui habent vitam et statum vegetantem, ergo lapides et gemmae vivunt. Hoc probat Cardanus adducto exemplo cuiusdam magnetis, qui per multos annos aliciter ferrum traxit, postea vero, velut senio confecta, vim habere illam amisit.

Resp. neg. ant. si loquamur sine metaphora, saepe enim loquimur metaphorice, dum significare volumus lapides esse pares vel non pares ad alia exercere, illa autem magnes dicitur metaphorice nostra, sine senio confecta, quia vel actione contrarii agentis, vel quomodocunque solvitur vis temperamenti qualitatis unde non amplius illi exhibit pristina vis trahendi ferrum.

Quaest:

Quaestio 2.a

De Corpore Organico Plantarum

Sciendum est non eadem inesse organa omnibus plantis, aliqua enim plura habent, aliqua pauciora, iuxta maiorem vel minorem plantae perfectionem. Planta igitur habet etiam suas partes similares et dissimilares. Inter partes similares recensetur humor quidam et succus, quo planta nutritur, qui humor vel sanguinis quo nutritur animal. Quod debet huiusmodi humor clare deprehenditur quando incidimus plantam. Hic humor non est eiusdem coloris in omnibus plantis, nam in ficu v.g. est concretus et candidus quasi lac, in aliis est aqueus, ut in vite &.

Quaeres an humor quo nutriuntur plantae et perficitur in medulla seu in ventre plantae differat substantialiter ab humore, quem radix trahit a terra, ac proinde planta accipiat alimentum iam sibi praeparatum a sole, aliisque causis, et tantum in ventre plantae accidentaliter immutetur.

R.o probabilius est nullam substantialem mutationem alimenti fieri in ventre plantae, sed tantum alterationem aliquam, unde humor quem sugit radix e terra immediate transit in substantiam plantae. Probatur ex Aristotele 2.o de partibus cap. 3.o ubi haec habet. Plantae suis radicibus alimentum iam confectum e terra hauriunt. Ergo alimentum plantae substantialiter conficitur a sole aliisque causis non autem a planta, quae solum accidentaliter mutat alimentum per aliquam alterationem. Probatur 2.o ratione, quia plantae non habent tantum caloris, ut illum debeant ex parte contribuere in tali mutatione substantiali alimenti, ut facit animal, ergo natura plantis providit ut

ut alimentum aliis tempus esse expones.

Quaeres hic obiter cur plantae magis crescant quam animalia.

R.º quia planta totum suum fere calorem consumit in nutritionem, et augmentum, at vero animal consumit calorem et spiritus magna ex parte in motus, ac sensationes, unde ad nutritionem, et augmentum parum caloris confert

Quaeres 3.º quomodo radices trahant alimentum ex terra,

R.º per calorem, sicut videmus in funiculo incenso in candela trahi ad se ceram subiectam, sive oleum, quia nimirum flamma dum calefacit liquidam facit ceram, et oleum, hac pro inde sursum accurrit ad funiculum, ita pari ratione a calore plantae fit levis ille humor, et succus, ac pro inde ascendit &

Dr 2.º freria haec est et quare plantae plus germinant vere, et aestate, quia nimirum magis iuvantur a calore externo, et aestivo et magis trahunt alimentum quod etiam ijs temporibus magis abundat: quoniam vero in hyeme destituitur planta tali auxilio ideo in hyeme planta non germinat. Licet autem attractio fiat per calorem, non tamen dicet in[...], quod in maximis deberent plantae magis excrescere, nam calor attractionem [...] esse temperatus, nam nimius calor impedit attractionem, imo exsiccat et adimit alimentum,

2.º inter plantae partes similares numerat venas, quia ramosa et multiplex totam percurrit plantam, ut per illas velut canales ad singulas plantae partes deferatur alimentum. Quod fit in plantis huiusmodi venas deprehendimus tum ex folijs tum ex floribus in quibus manifestiores apparent, tum quia videmus incidi plantam

tum

ruis emanat sanguis, sicut accedit in animali propter venas frequentiam.

3.° Inter partes similares numerat etiam corticem partem extimam plantae correspondens cuti in animali. Cortex dividitur in duas partes, in exteriorem et interiorem. Pars exterior vocatur cortex, interior vocatur liber.

4.° Pars similaris est lignum, quod illud est quod sequitur post corticem, in quibusdam haec pars durior est, et veluti ossea, in alijs mollior, et quasi carnea.

5.° Pars similaris est medulla in intimo plantae: in aliquibus clare deprehenditur, in alijs non ita facile, cum fere deperdeat in lignum.

6.° Pars similaris est nodus, qui est veluti nervus, aut os plantae, ad partium robur et firmitatem, immo etiam ad germinationem, cum e nodis videamus erumpere germina.

7.° Pars similaris est semen, quod in plantis mira industria natura collocavit, in aliquibus includit in fructu, in quibusdam quasi membranis extendit, ut in rapis, in alijs ossibus includit ut in nucibus.

8.° Est quaedam pars excrementitia, quae respondere solet unguibus et capillis in animali, tales sunt capreoli quidam in vite, in cucurbita, quibus se alligant plantis. Atque de partibus similaribus.

Secundam 3.° inter partes dissimilares quae componuntur ex similaribus, p.° numerat radicem, quae est os plantae, complementum ... radicem trahat alimentum, sicut animal per os.

2.° pars est quae sequitur post radicem, et ab aliquibus appellatur medulla, ab alijs cerebrum, ab alijs cor, ab alijs ventrem plantae, est autem haec pars media inter radicem et reliquam plantam, est autem carnosa et mollis, et in quibus-

dam

dam plantis, antequam dareperat(?) est imperceptibilis. Haec
medulla videtur praecipua plantae pars, et aliquo modo re-
spondet cerebro animalis, ut enim cerebrum in capite existit
et inde oritur medulla spinalis, quae totam fere animalis lon-
gitudinem percurrit, ita ex hac parte in plantis medulla
deducitur ad totam plantam. Correspondet etiam haec pars
aliquo modo cordi, iecori et venis, quia in hac parte
cibus plantae, qui per radicem trahitur, ut supra dixi, perficitur,
alteratur et fit quasi sanguis arboris; est hac etiam parte
probabile est venas plantarum initium sumere, conjunctum enim est
et inde oriuntur venae, ubi perficitur liquor nutriendis per venas.
3a pars est truncus, sive stipes. Ex trunco exeunt rami. Tam
truncus quam rami constant cortice, ligno et medulla.
4a pars sunt folia. 5a sunt flores qui non omnibus arboribus con-
ceduntur, sunt enim quaedam arbores mutae, quae carent hac
parte(?). Flos autem constat foliis, staminibus, flocco. Quidam flo-
res unicum tantum habent folium, alii multa. Stamina ex medio
flore erumpunt, et sunt particulae quaedam graciles et
delicatae. Floccus infimus(?) stamini(?). Potest addi 6a pars
floris, nempe calix, quo continetur ante quam flos erumpat.
7a pars plantae est fructus, quem saepe distinguimus a semine,
sic pomum fructum vocamus, grana autem in pomo laten-
tia semina.
Quaeres 1o. unde folia ducant originem, an ex cortice, an
ex libro, et in quem finem sint attributa folia.
R. folia oriri ex cortice plantae ad temperandum aestivum so-
lis ardorem, ne nimis noceat plantae et fructui. 1a pars
probatur experientia, nam si quis detrahat aliquod corticem illa(?)
ligno trahit folia, ergo ex cortice tantum erumpunt folia. 2a
pars probatur quia nullus alius finis potest assignari. Nec(?) [illegible]
est

et quod ait Sandaeus, folia solere dari ad flores et fructus tuendos extra temporis iniurias. quia multae plantae ferunt folia, quae nec flores alant, nec fructus, numquam in illis erunt folia, et eveniunt otiosa.

Quaeres 2.° cur in Autumno cadant folia ex multis arboribus et alijs non item.

R.° id oriri quia quibusdam in plantis ingruente autumnali frigore occluduntur meatus per quos alimentum deferri ad folia, in quibusdam non item, unde in illis arescunt, in ijs non. Planta autem illae in quibus non praecluditur via qua alimentum defertur ad folia sunt illae, quibus crassior et viscosior inest humor, quo alantur.

Quaeres 3.° unde prodeant flores, ex qua parte, et in quem finem.

R.° flores qui propter ornatum dati sunt, erumpunt ex cortice plantae. Probatur quia flores qui nascuntur ex germine propagato per inoculationem sequuntur naturam ipsius corticis. Et licet semina oriantur ex medulla plantae, non tamen inferre licet, quod inde etiam oriantur flores, non enim est eadem natura floris, et seminis, nam flores reperiuntur etiam in plantis quae semen non ferunt, ut in gelsominis, ergo non est eadem natura floris, et seminis. Quod vero natura floris sciendum est, cum planta incipit crescere, et propterea plus alimenti capiat, aliqua pars alimenti cedit in ipsum corticem, et quidem pars minus est excocta, magisque crassum transit in fructum, pars autem alimenti maxime excocta quae calore exhalat ipsa est natura floris.

Quaeres 4.° unde oriatur in floribus tanta colorum varietas, et odoris.

R.° varietatem colorum, et odoris in floribus oriri efficienter ab

ab hac, et ab illa substantiali forma plantae, propter tr-
tali, vel tali temperie accidentium in materia. 2° quia
color, et odor sunt proprietates aliquo exigentes in floribus,
qui efficienter sunt ab illa, dispositive a temperie primarum
qualitatum.

Sed dices, cur in uno flore sunt tam diversi colores, si
efficienter oriuntur ab eadem forma.

Respondeo propter diversitatem dispositionum, quae diversitas
oritur plerumque a causis extrinsecis, quae non aequaliter
agunt in partibus illius materiae, vel etiam orta a causis in-
trinsecis, quia non aequaliter excoquitur qualibet pars, sicut
etiam intelliges, quare contingat etiam in lapidibus tanta co-
lorum diversitas.

Quaeres alterum unde accidat quod nullus sit flos viridis sicut
folia.

Respondeo primo dari etiam flores virides et praecipue tacitos vin-
dis. 2° cur rariores sint huiusmodi flores virides, causa
est quia, viror sequitur ad materiam minus excoctam, flo-
res autem oriuntur ex materia magis excocta, quae est [illegible]
exaltatio ut dixi.

Quaestio 3.a

De Operationibus formae vegetativae.

Anima vegetativa habet tres operationes praecipuas, nutritionem, au-
gmentationem, generationem. De hac postrema agemus in libris
de Gen., nunc de nutritione, et augmentatione dicendum est. Et
quidem quae proponere intendimus de nutritione, et augmentati-
one animalium, nam ex iis intelliges quid proportionaliter

dicendum

Disp. 4ᵗᵃ, De nutritione, et augmentatione plantarum.

Art. 1ᵘˢ

Quid sit augmentatio et diminutio

Definitur augmentatio ab Arist. praeexistentis magnitudinis additamentum. E contra diminutio definitur praeexistentis magnitudinis diminutionem. Itaque 1ᵃ defin. est augmentatio est additio, sive unio novae magnitudinis ad magnitudinem praeexistentem, seu ad quantitatem praeexistentem, ratione cuius quantitas formaliter redditur maior, vel parvum. E contra vero diminutio est dempsio, sive depositio magnitudinis a magnitudine praeexistente.

Utraque defin. bona est, et constat ex genere et differentia; pro genere ponitur additio, non etiam intensio qualitatis est additio novae qualitatis ad praeexistentem, similiter etiam generatio est additio substantiae de novo genitae ad substantiam praeexistentem. Constat etiam bene defin. per differentiam, nempe magnitudinis, per quam particulam differt augmentatio ab aliis motibus, nempe a nutritione, generatione, quae est additio substantiae, ab intensione, quae est additio qualitatis, augmentatio vero est additio quantitatis. Eodem modo dicitur de diminutione.

Ob. Quando augetur aqua, additur illi non solum quantitas sed etiam substantia, ergo male dicitur quod augmentatio sit additio solius quantitatis. Confirmatur quia non potest addi nova quantitas alicui corpori, quin addatur nova substantia, nam alioquin penetratur quantitas cum substantia, vel se penetrans cum aliquibus partibus, ergo in augmentatione non solum additur nova quantitas, sed etiam nova substantia.

Rᵒ quando aliquid augetur plures motus interveniunt, unus motus est quo adiungitur nova substantia substantiae antecedenti, alter

ter motus est quo adiungitur nova quantitas quantitati
antecedenti: atque hic 2us motus proprie et formaliter est
augmentatio, nam communiter homines dicunt motum illud
esse augmentationem quo aliquid maius fit, hoc autem fit
per additamentum quantitatis, ergo sola additio quantitatis est forma:
liter augmentatio. Ex his patet solutio ad fundamentum
nam in augmentatione etiam additur nova forma, quia fit
potentia nova quantitas.

Obs. 2o augmentatio est additio magnitudinis, sed magnitudo
petitur ab extensione locali, et non a quantitate ergo augmentatio
est additio est additio extensionis localis, non quantitatis.

Rx neg. min. nam magnitudo non est aliud quam habere partes ex-
tensas in ordine ad locum, unde Christus in Eucharistia ca-
rens extensione locali, non est minor, quam sit in caelo
quia est tantus quantitatis, et tot partes unam extra aliam
in eucharistia, quot in caelo.

Obs. 3o quando grano additur aliud granum non dicitur fieri augmen:
tatio et tamen est additio magnitudinis, ergo datur additio ma:
gnitudinis, quae tamen non est augmentatio.

Rx conc. ma. nam augmentatio non est qualiscumque additio
magnitudinis, sed illa additio, quae simul est unitio, quae
non fit per iuxtapositionem, qualis est cum additur granum
grano, sed per unionem continuativam partium integralium.

Obs. 4o augmentatio vera fit cum aliquid ex minori fit maius
sed fit per additionem magnitudinis ad magnitudinem absque
eo quod ex minori fiat maius, ergo fit additio ma:
gnitudinis ad magnitudinem sine augmentatione, fit min.
quia senes per nutritionem semper aliquid adquirunt, et tamen
non crescunt, nec fiunt maiores. Item pone vas ad fontem
in quo fit foramen ex quo fluat aqua, additur ex fonte
no:

nova aqua, et tn non fit maior, .

R. rei rae augmentatio non est fieri absolute maius, sed esse addi praeexistenti magnitudini, quod aptum est facere maius, et ex qua res deberet fieri maior, nisi aliunde aliquid illi subtraheret. Ita senes debent fieri maiores quantum est ex parte rei additae, nisi aliunde impediret augmentatio, et per hoc patet etiam solutio ad conf.

Obs. si augmentatio est additio magnitudinis ad magnitudinem quaero quando aqua A adiungitur aquae B, quae aqua dicitur augeri, A, aut, B: Rursus cum vino additur aqua, vinum ne dicitur augeri, an aqua? cum non videatur esse maior ratio de vino, quam de altero.

R. de re hic controversa, vinum, et partes illas unde resultat maius. de nomine potest esse quaestio, sed hanc solvit Phys hic tex. 34. ubi ait solum dici augeri in coniunctione duorum quod est principalius inter illa, contingit autem ut unum sit principalius ex variis ex variis capitibus v. g. in coniunctione alimenti, et viventis, vivens est principalius, quia alimentum desinit esse in sua forma naturali, et vivens remanet, unde dicitur alimento augeri vivens, non e contra alimentum vivente, cum parum aquae iungitur vino, vinum est principalius, ac pro inde vinum dicitur augeri.

Art. 2.us

Quomodo fiat Augmentatio, et Diminutio

Agendum enim hic est de modo quo fit augmentatio, et diminutio rerum viventium, deinde vero de augmentatione, et diminutione viventium.

Sciendum p.o est ea quae non vivunt duplici modo augeri p.o

1º per simplicem augmentationem. 2º per adgenerationem.
Simplici augmentatione augetur materia homogenea, quae iuxta se posita per localem motum unione deinde continuativa coniungatur, et ex iis congeries ex partibus integralibus fit maior, sic augetur aqua. In cuius augmentatione 1º intervenit motus localis tanquam requisita conditio, quo partes aquae iuxta ponuntur, et applicantur. 2º intervenit motus quo producitur unio inter partes aquae, si tamen non uniuntur se ipsis. 3º intervenit motus, quo producitur unio inter quantitates utriusque aquae, qui motus proprie est augmentatio, quae sit pro termino quantitatem, non de novo productam sed de novo unitam.

Sciendum 2º ea quae non vivunt etiam augeri per adgenerationem quae tunc accidit, quando nova aliqua substantia generatur et unitur alteri praeexistenti eiusdem speciei, sic augetur aqua per adgenerationem novae aquae ex aere, sic etiam augetur ignis quando additis lignis novus generatur ignis, qui additus priori illum auget et maiorem reddit. Fit autem adgeneratio quia per eam producitur substantia, quae alteri substantiae unitur atque cum ea unam substantiam facit. In hac adgeneratione plures motus interveniunt. 1us est motus localis quo iuxta ponuntur ea quae debent uniri. 2us motus est quo producuntur uniones quibus uniuntur materia et forma eiusdem substantiae. 3us motus quo uniuntur quantitates. 4tus est productio substantialis formae. 5tus est productio unionis inter novam formam substantialem, et materiam.

Sciendum 3º eisdem modis in rebus quae non vivunt contingere diminutionem quae 1º fit per separationem unionis inter partes, si lignum pulverizetur [illegible] a parte ligni. 2º fit diminutio per corruptionem quando pars aliqua eius substantiae perit

Sic

sic aqua apposita ad ignem minuit^r quia partes a-
quae rumpuntur, et mutant^r in aerem. Haec breviter
de augmentatione, et diminutione rei per accretionem.
Nunc de augmentatione viventium quaedam dicamus.
Quoniam per nutritionem auget^r viventia, explicandum prius
est quid sit nutritio.

Art. 3us

Quid sit Nutritio

Nutritio est conversio alimenti in substantiam alti facta a
principio intrinseco. Sciendum est quod viventia patiunt^r
in suis partibus assiduam iacturam, tum a calore intrinseco
tum ab agentibus extrinsecis, semper aliquid ex suis viribus
deperdentibus, et consumentibus. Propter hoc natura ad reparanda
damna, et ad diuturnam conservationem individui dedit
facultatem nutritivam, per quam viventis convertat ali-
mentum in suam substantiam atque hoc modo restituat no-
tas partes quas amiserat deperditas.
Ad hoc explicandum est breviter ordo nutritionis. Primo igitur
per manum locatum cibus viventium ori applicat^r. 2°
sequitur eiusdem cibi per dentes contritio, et agitatio per
linguam. 3° eiusdem cibi transmissio in stomachum.
4° in stomacho veluti in culina fit concoctio, et cibus
vertit^r in albam quandam naturam quam chylum vocant.
5° ex ventriculo chylus transmittit^r ad intestina, in quibus
relictis partibus feculentis et crassis, quod reliquum est
purum a venis mesentericis, quas mesaraicas vocant attra-
hit, et bibit, in quibus venis incipit chylus rubescere, et
per illas transfert^r ad iecur. 6° in iecore fit vera
quo-

quadam concoctio, et pars aptior chyli ad nutrimentum recipit portus, et fit sanguis; alia vero pars chy-
li in alios humores dividitur, flavam bilem, et atram
mutantur. 7° sanguis iam confectus per venas in omnes
corporis partes defertur. 8° omnibus corporis partibus applica-
tus sanguis acquirit organisationem, et dispositionem in carnem,
ossa etc. 9° ubi sic disposita materia illa, si ana viventis sit
divisibilis, educitur pars ana et pars unionis substantialis
qua nova illa forma parti materiae unitur; si vero ana sit
indivisibilis, ut est rationalis, disposita materia, nova pars uni-
onis ex ea educitur, qua ana rationalis incipit uniri novae
illi materiae. 10° ex partibus praeexistentibus animalis animalibus
integrantibus, materia materiae, quantitas quanto et sic augetur
vivens

Quaeres 1° quae sit causa quae mutat in ventriculo cibum
in chylum, et in corde chilum in sanguinem.

R° causa alterans seu disponens sunt ipsa accidentia v.g.
calor qui est in ventriculo, et in corde tamquam su-
premus artifex in negotio nutritionis. 2° causa produ-
cens formam substantialem est ana viventis, quia non potest
originari alia substantia [illegible]

Quaeres 2° quae sit ro sanguinem efformari in ossa

R° in 1° genitura viventis [illegible] seminis partes crassiores
et duriores constipat in ossa, ceteras partes molliores in
carnem postea vero ipsa caro habet vim activam produ-
cendi sibi aliam carnem, idem dicitur de ossibus.

Quaeres 3° an viventia augeantur toto vitae tempore, et ro
difficultatis est quia augeri non solum dicitur fieri ma-
ius sed etiam aliquid addi quod ratione [illegible] aptum est
facere maius

R°.

R.o Viventia solo aliquo tempore non fieri maiora semper tamen addi aliquid quod nata sua apta est facere maius ipsum vivens, et de facto faceret nisi aliunde impediretur.

Pr. 1o videmus et arbores et homines, et animalia post certam quandam aetatem non fieri maiora.

Pr. 2o quia vivens ad suas operationes necessariam habet certam quandam in membris magnitudinem, qua acquisita non amplius augetur.

Pr. 3o quia decursu temporis debilitatur virtus nutritiva quae quia maior est in iuventute, ideo magis crescimus: ut vero decursu temporis facta debilior minus reficit quam deperdatur a viventi, ergo vivens tunc non potest fieri maius.

Dixi viventia non semper augeri, semper tamen aliquid addere quod nata sua apta est facere maius, nisi aliunde impediretur. Pr. quia viventia solo aliquo tempore augmentum accipiunt, ergo solo aliquo tempore aliquid nisi in suam substantiam convertunt ergo semper addat aliquid quod existeret, quod maiora redderet viventia, nisi aliunde [illegible], vel plus ipsa viventia actione aliorum contrariorum amitteret.

Dices si vivens solo aliquo tempore non fit maius, ergo ipso cessat fieri maius.

R. in viventibus cinis cessare augmentationem circa longitudinem, quae latitudinem, unde etiam post 30.um annum quando tamen non fit altior, adhuc fit latior. In homine terminus ad crescendum usque in longitudinem constituitur annus 21. vel ad summum 25. et ideo Ecclesia non obligat ad ieiunium ~~ante annum~~ ante annum aetatis primum, ne s. substantia alimentum ad acquirendam perfectam magnitudinem aliatur vivens.

Dices multa animalia ad longum tempus semper [illegible] ergo

q. n. semper nutriant. Pr. 2m ex Arist. qui 6° de
Hist. anim. cap. 30. scribit de urso, quod per 40a
dies lateat sine ullo cibo. Item glires, per integros
menses quolibet anno abstinent a cibo, de quibus Martialis
Tota mihi dormitur hyems, et pinguior illo
Tempore sum quo me nil nisi somnus alit.
R° erae at, et ne dicas? tamen actione caloris humores
intus in iis animalibus existentes alterant, et vertuntur
in uestram alim. ac non inde semp nutriant
Quaeres 3° cur aliqua uiuentia maiora fiant, quam alia.
R° si fiat comparatio inter animalia diuersae speciei, et quae-
ras cur elephas v.g. magis crescat quam canis, dico id oriri
ex diuersa natura illorum uiuentium, quorum formae postulant id
diuersa natura a natura facto aliud maiorem, exigant molem,
aliud minorem. Si uero fiat comparatio uiuentium in ea-
dem specie v.g. cur inter homines unus fiat altero maior,
dices id oriri ex copia, uel defectu cibi et meliori, uel
debiliori calore, atque ui nutritiua: cum n. uiuens augeatur
transmutando cibum in se, si cibus sit exiguus, uel magnus
fieri pot maius, uel minus augmentum, ita Arist. sect.
6a probl. Ratio quia augmentatio in uiuente fit per
nutritionem, cuius artifex calor est, quo melior erit calor
plus alimenti conuertet, et apponet uiuenti, ut fiat maius.
Vides inde quaeres cur mares plerumque maiores fiant quam
foeminae? ... quia mares calidiores sunt quam foeminae.
Sed enim praeter has causas assignatas aliae etiam conferunt
ad augmentationem. In primis natio loci in quo aliquis
nascit, et educatur. Regio enim calida homines plerumque
facit paruos; regio autem frigida homines facit maiores, cuius
ratio est quia calor extrinsecus multum deuorat de humi-
di:

viuentis, et aperit viuentis poros, ita ut calor internus euaporet, minusq. ualeat ad officium nutritionis. corpora uero in frigidis regionib. frigus extrinsecum auget calorem intrinsecum, qui aptior est ad nutritionem. 2.º confert ad augmentationem qualitas cibi, nam cibus siccus et frigidus parum auget, et corpora plus auget cibus calidus, humidus, et [illegible]. 3.º confert etiam copia, plus auget copia quam [illegible], et ut multu[m] [illegible] plus [illegible] quam [illegible]. 4.º iuuat ad augmentationem [illegible], et tranquillitas animi, nam nimia cura extenuat, ita somnus auget, vigilia e[x]siccat, modica exercitatio corporis confert ad magnitudinem corporis et otium ad paruitatem.

Quaeres 1.º an omnes partes uiuentium augeant in nutritione.
R. affirmatiue, ita ut omnib. partib. uiuentis noua addatur in nutritione, uel immediate, uel mediate. Et quia in nutritione partes alimenti [illegible] deficit intrant poros, qui frequentes sunt in corpore, ibiq. alterato, et mutato in naturam uiuentis animal; et addatur immediate partib. illis quae poros formant, et illis mediantib. [illegible] caeteris, ergo omnes partes uiuentis, uel immediate, uel mediate augentur.

Sed dices quomodo fiant isti pori in uiuente.
R. per operationem caloris aperitur in homine multi pori distinctis partib. carnis eius, ut patet in aestate, quia cum [illegible] apertis poris erumpit sudor. Aperiuntur autem isti pori dupliciter, aliquando fit quasi foramen quoddam inter partem carnis et partem, aliquando uero fit [illegible], per discontinuatas partium, remanent tamen partes illae sibi [illegible]. 2.º modus accidit cum actione caloris alterantis et mutantis aliquas particulas carnis

in

in aere, vel aliquid simile. 2.° modus accidit cum
actione caloris, ita absumit caro ut remaneat in illius partibus
vacuo continuatio seminis.

Dices si augmentatio viventis fit intro receptione alimenti
intra poros, nunquam vivens fit maius, quia particu-
la quae intrat vel est maior, vel minor vel aequalis.

R. est maior, et tamen pot intrare, quia illum pot dilatare.

Quaeres 5.° an in augmento semper fiat corporis inter partes.

R. affirmative, quia homo in qualibet aetate acceptus semper
illius longitudo habet sextas partes, quantum fit illius latitudo,
inter latera et partes quantum quantum latitudo expansis
brachijs et manibus.

Quaeres 6.° quomodo vivens qui in augmento semper novas acquir-
rat partes, et alias deperdit possit dici idem numero

R. manet idem numero vivens, quia semper manent primoge-
nitae partes quas foetus habuit in utero matris eadem, inqua
tum corporis, et anima, si anima sit materialis, si autem sit
spiritualis, quia semper manet eadem anima, ideo dicitur manere i-
dem vivens, quod autem partes primogenitae tota vita maneant
patet, quia primogenia foetus accepit in utero matris retinet
usque ad ultimum vitae, et tota vita manent etiam partes pri-
mogenitae, quae sic in utero fuerunt rotatae.

Quaeres 7.° quomodo fiat diminutio viventis

R. dupliciter. 1.° per simplicem diminutionem compactionis
unionis integralis inter partes, sic ablata cauda diminuitur
serpens, separationis integralis compactae, quae cauda conti-
nuabatur reliquo corpori. 2.° diminuitur vivens per eversionem
compositionis substantialis, sic v.g. abscisso brachio diminuitur
homo, fuit a unio formae cum ea parte facta, unde fluit
etiam partialis illius compositio substantialis, sic etiam me-
nu-

nutit. primo, cum actione caloris partes aliquas carnis celeriter absumat, et quia tempus debitum non mutant. ut in aerem, vel in aliquid simile

Quaeres alt. quod nam sit proportionatum alimentum alij.

R. sequenti art. seq.

Art. 3.um
De Alimento Animalis

Non est quaestio de p.o cibo, nam pro diversitate animalium diversus cibus est quo nutriunt. difficultas est de alimento ultimo, an s. sit tantum sanguis, an reliqui etiam humores

Dico est p.o sanguinem esse ult.mum alimentum in animalibus vel aliquid proportionatum sanguini

Pr. ex Arist. de sensu et sens. cap. 4., quaest. 2.a de part. An. cap. 3.o ubi ait sanguinem esse ult.um alimentum in animalibus sanguineis, in exanguibus autem, quod cum sanguine habet proportionem est. cap. 6.o ibid. ait alimentum omnibus esse sanguinem, et lib. 3.o cap. 5. sanguis, inquit, aut id quod sanguinis vicem gerit totius corporis materia est. Item habet lib. 2.o de gen. Anim. cap. 4.o ubi ait ultimum alimentum animalis esse sanguinem, aut quod sanguini proportionat. Item lib. 3.o cap. p.o et libello de somno et vigilia cap. 4. et alibi. Ergo sanguis est ult.um alimentum in animalibus.

Dico sec. 2.o est animal non solo sanguine nutriri.

Pr. quia semper cum sanguine admiscentur particulae aliorum humorum. Hoc ut. Pater, quia est sanguis in venis, quia admixtos habeat reliquos tres humores, praesertim vero pi-

spiritum, neq. est necesse hos humores primo verti in
sanguinem, quem praebeant alimentum animali.
2º pt. ex eodem Aristotele lib. de somno et vigilia cap. 3. ubi
spiritum, cum ... dicit alt.um nutrimentum esse sanguinem
ait spiritum s. sit admixtus cum puro cibo coct...
et licet alimentum debeat esse dulce, adhuc tamen ... ...
requiri aliquos sapores causatos a reliquis humoribus tan-
quam condimentum cibi, ergo reliqui etiam humores, sicut
ut misceantur cum sanguine deserviunt ut nutrimentum
animalis.

Qu. 3º probatur si sanguis fit ex alimento ..., adhuc tamen est
immediatum convertitur in substantiam alti. Sic communiter
Medici, et Arist. 2º de partib. cap. 6 ait ossa nutriri
medulla, medulla autem non est immediate sanguis sed ex
sanguine conficitur. Demum nutriuntur non sanguine, sed humo-
re, qui similis est mucu, qui ex sanguine generatur. 4or
mutationes distinguuntur in nutritione et sanguine. Prima fit
in extremitatibus venarum quando dispersae venae, nempe in capillares,
et haec vocatur prima humiditas sanguinea. 2a est post
quam sanguis seu haec humiditas extra capillares venas et
circa ... membrorum recipitur, et convertitur in quandam
substantiam albelam ad modum roris. 3a mutatio fit in eodem
fere, sed magis assimilatur membro nutriendo, adeo ut non ap-
pareat manifesta distinctio in colore, et reliquis qualitatibus
ab ipso membro nutriendo, atque haec vocatur cambium quasi
talis pars substantiae alimentalis fit cambium loco substantiae ibi
deperditae. 4a et ultima mutatio est quando iam talis pars
nutrimenti agglutinatur membro nutriendo, nec ab illo apparet
aspectu distinguitur, et dicitur gluten, quia pars illa iam est
agglutinata cum membro. Plura haec de re apud Medicos.

Quaest.

Quaestio 4a

De potentiis Animae vegetativae

Acturus de operationibus Animae vegetativae, nunc agendum est de principiis harum operationum, quae sunt ipsae met potentiae. Nomine autem potentiae intelligimus hic principia activa, quae passiva, tam primaria, quam secundaria, de quibus singillatim agendum est.

Art. 1us

De Potentiis 3bus Animae vegetativae an distinguantur realiter inter se, et ab ipsa Anima

Dico 1o. tres esse potentias 1as Animae vegetativae, nutritivam, augmentativam, generativam, sicuti tres sunt operationes eiusdem Animae, ut diximus, nutritio augmentatio et generatio. Potentia nutritiva est ad reparanda damna, quae inferuntur a contrariis agentibus calidi transmutando alimentum in substantiam aliti. Potentia augmentativa procurat debitam magnitudinem viventis ad hoc ut possit bene operari, quod facit uniendo novas partes partibus praeexistentibus. Potentia generativa intendit conservationem speciei per generationem novorum individuorum.

Difficultas est an tres istae potentiae realiter distinguantur inter se. Pro solutione sciendum est potentiam augmentativam posse sumi praecise pro principio uniente novas partes ad quantitatem praeexistentem, haec enim hoc dicimus proprie constituere augmentationem. 2o. potest accipi potentia augmentativa pro principio acquirendo simpliciter quantitatem, in quo sensu di:

diximus nunquam fieri augmentationem, sine acquisiti-
one etiam novae substantiae, quia nova quantitas non acquiritur
nisi acquiratur etiam nova substantia, et idem deinde principium
quod est causa acquirendae novae substantiae, est etiam causa
acquirendae novae quantitatis.

Dicendum 2°. potentiam generativam aliquando sumi pro potentia pro-
ductiva seminis, et principio eius virtutis quae facit se-
mine ad informandum foetum. Aliquando vero potentia gene-
rativa dicitur esse vis illa cadens semini organizativa fe-
tus. 3° demum sumitur potentia generativa pro principio educ-
tivo, et unitivo animae brutis cum corpore, vel si anima sit in-
dependens a materia, principium unitivum illius cum materia po-
test dici potentia generativa. Sic explicatur.

Dicendum 2°. potentiam nutritivam, augmentativam generativam non
distingui realiter inter se, dummodo potentia generativa non sumatur
pro virtute formativa foetus iuxta semini. Probatur quia non
sunt multiplicanda entia sine necessitate, sed omnes hae opera-
tiones, quae tribuuntur illis potentiis possunt esse ab una, et ea-
dem reali entitate, ergo frustra ponuntur plures inter se dis-
tinctae. Minor patebit ex solutione obiectionum. Corpus ma-
gnitudo non acquirit nisi per acquisitionem substantiae, sed haec
est a principio nutritivo, ergo et illa, ergo potentia nutritiva,
et augmentativa non distinguuntur inter se.

Probatur 2°. quia hae tres potentiae non distinguuntur realiter ab
anima, ut videbimus consequenter, ergo nec distinguuntur re-
aliter inter se, quia in creatis, quae sunt eadem uni tertio
sunt eadem inter se.

Dicendum 3°. istas tres potentias non distingui realiter ab anima.
Probatur quia gratis fingitur ista distinctio, cum possit ipsa anima
immediate per se exercere illas operationes. Probatur quia si

quo

quod etiam [illegible] cor nutritio, augmentatio, et productio seminis, aut pone omne [illegible]. [illegible] unicus non potest produci a forma immediate, maxime quia [illegible] non est immediate activa, ut dicunt Adversarii, sed ut vidimus [illegible] est immediate activa, cum [illegible] producat immediate aliud [illegible], imo et quaedam accidentia, ut quando aqua reducit [illegible] ad suum frigus [illegible]

Pr. 2.° quia si pot. generativa, et nutritiva realiter distinguerentur a forma, essent accidentia, seu qualitates, sed hoc non potest esse; [illegible] quia pot. nutritiva, est productiva [illegible] cum nutritio sit conversio alimenti in substantiam viventis, sed qualitas non est productiva [illegible], ut supra, [illegible]

Dices hoc argumento non probari quia pot. generativa [illegible] distinguatur a forma, quia si pot. generativa est productiva virtutis formativae organorum in semine, quae virtus est accidens [illegible] talis virtus potest produci ab alio accidente, quare pot. generativa potest esse accidens.

Sed contra est 1.° quia pot. generativa saepe accipitur pro principio productivo totius individui [illegible], quemadmodum dicitur mater generare filium, quia forma matris immediate concurrit ad producendam unionem [illegible] filii [illegible] imo in omnibus [illegible] concurrit immediate ad producendam [illegible] [illegible]

Contra 2.° quia licet pot. generativa aliquando accipiatur pro principio productivo formativae virtutis, quae est accidens, non [illegible] sequitur [illegible] principium productivum illius sit accidens distinctum a forma, si n. accidens tale esset, contingere posset ut semen extra vivens produceret, si n. [illegible] non esset productiva virtutis illius seminalis, cur ea virtus non posset produci procul a forma.

Contra

Confo, quia productio talis virtutis seminalis videtur esse
proprietas ipsius stiae, sed proprietates emanant ab ipsa
substa cuius sunt proprietates, ergo et hac productio seminalis
virtutis emanat, et est immediate ab stia. Ita secundo quia
non magis proprium videtur agere reproducere sibi sub
[illegible] quando illud amittit, quam aliud producere semi:
nalem virtutem, et quam propagare individua sibi si:
milia ad speciei conservationem.

Ex his colliges si pota generativa accipiatur pro ipsa virtute
insita seminis ad organizandum foetum, potentiam genera:
tivam non modo distingui a nutritiva, et augmentativa,
sed etiam ab ipsa stia, cum talis virtus sit accidens
a substa anima productum.

Obijes 1o si pota [illegible] u. g. nutritiva non distingueretur realiter ab
augmentativa, verum esset dicere vel pota augmenta:
tiva nutrit, et pota nutritiva auget; sed hoc est falsum, ergo.

Ro. neg. seq., ad hoc dico: et propositiones illae sint falsae, satis
est si pote illae distinguantur formaliter, sicuti sunt falsae
istae propositiones, homo dicitur animalitate, et sentit
rationalitate, licet animal et rationale non distinguantur realiter, sed
tantum formaliter.

Obijes 2o pota nutritiva realiter separatur ab augmentativa
ergo distinguitur realiter ab illa; pr. ans. ubi in sene est
pota nutritiva cum adhuc nutriatur, et tamen non est au:
gmentativa cum non amplius crescat, ergo reperitur pota nu:
tritiva sine augmentativa, ergo distinguitur realiter ab
illa... confo quia in igne est pota augmentativa et non
est pota nutritiva, ergo istae pote realiter separantur ab
invicem, et per consequens distinguuntur.

Ro. neg. ans. ad probationem dico in sene esse utramque, probatio
quia

quia ut diximus probabilius est augmentationem esse additionem rei factam sua potentia facere magnum etiam si per accidens non sequatur ista maioritas. Per nutritionem vel eius nutritionis termini additur id quod aptum est natura sua suum facere maiorem, sed quia aliquando augetur sonitudem vel plus quam reparet per accidens est ut non crescat. 2º dico enim si non maneat in sensu augmentationis, adhuc potest dici manere in illo potentia augmentativam sicut quando clauso oculo est in potentia videre adhuc sed habet potentia visivam, quia propter impedimentum non potest elicere visionem, quare tunc in sensu adhuc remanebit potentia augmentativa, licet per accidens ex ratione alicuius impedimenti non possit facere augmentationem.

Ad confirmationem dico non potest non apparere in quocumque vivo potentia augmentativam distinctam eius nutritiva, sed tamen in utraque ab utraque repetitur, atque exemplar de ipsis non valet.

Obs. 3º Obiectum formale potentiae nutritivae differt realiter ab obiecto formali potentiae augmentativae, ergo et ipsae potentiae realiter distinguuntur inter se, omnes, [illegible] quia obiectum nutritivae est alimentum quatenus potentia est augmentativa est alimentum quatenus magnum seu quantum.

R. Negat antecedens et negat consequentiam: potest enim eadem potentia exerceri circa obiecta formaliter diversa, sic v. g. idem intellectus versatur circa duos conceptus formaliter diversos, quia uni assentitur scientifice, alteri opinative et per scientiam media, multo magis hoc dicendum est quando ea obiecta sunt necessario coniuncta et subordinata, ut accidit in casu nostro in quo nequit acquiri [illegible] sine quanto, neque nec sine illa.

Obi. 4° Potentia generativa separatur á nutritiva, et augumentativa. Ergo realiter distinguitur ab illis. Antecedens patet in Puero, in quo non reperitur potentia generativa, licet habeat nutritivam, et augumentativam: Conf. quia nutritiva est diffusa per totum corpus; generativa est una tantum parte ergo distinguuntur.

Respondeo nego antecedens, in puero non est potentia generativa, sed semel non facit ex defectu materiæ, quia cum tota assumatur in nutritione, et augumentatione nihil illius defluens ad eas partes, in quibus edici deberet et debitur. Conf. dico potentiam generativam si accipiatur pro principio productivo virtutis seminalis; aut unitione Animæ cum corpore esse diffusam per totum corpus, de facto autem non producere vim seminalem, aut unionem animæ cum corpore, nisi in parte determinata; quia ibi non sunt accidentia requisita ad disponendam materiam.

Obiices 5° substantia non est immediate activa ergo Anima operatur per potentias superadditas, Conf. quia Elementa habent suas virtutes activas realiter distinctas á formis substantialibus nempe calore, frigore etc. ergo etiam Anima habet tales virtutes distinctas.

Respondeo nego antecedens ut alibi probavimus. Ad prob. dist. Ant. Elementa habent virtutes distinctas, quarum opera utuntur ad disponendam materiam, ex qua educunt formas substantiales concedo. Habent virtutes distinctas per quas immediate attingant productiones substantiales, vel proprietates nego. Itaque sicut calor ignis et solis ad disponendum lignum, ut ex eo forma substantiali ignis educat formam.

substantialis ignis B. nec tamen calor attingit productio-
nem ignis B. quia est a virtute ignis A. Ita pari
forma Vegetativa primum qualitates in viventi sunt ad dispo-
nendam materiam, ut ibi uniatur forma Viventis; et virtute
naturali est, ut ex illa educatur consequenter potentiæ ministrantes
realiter ab Anima distinctæ, ut videbimus art. sequenti,
sed præter has est forma ipsa productiva viventis, quam
dicimus esse ipsam Animam, quæ sola immediate attingit
productionem viventis

Articulus Secundus
De Alijs Potentijs famulantibus Animæ Vegetativæ

Diximus de potentijs primarijs Animæ Vegetativæ, nunc pauca
dicenda sunt de alijs potentijs famulantibus et administran-
tibus. Dicendum est potentijs primarijs assignari alias
potentias administras attractivam. Attractivam. Re-
tentivam. Concoctivam, Expulsivam. Officium Attrac-
tivæ est attrahere alimentum tum remotum, tum proximum
ut Alimentum remotum plantæ est illud, quod radices sugunt
e terra. Alimentum proximum est quod attrahitur ad singu-
las partes; nam succus in radice plantæ concoctus per totam
plantam attrahitur, sicut sanguis in Animalibus [illegible]
vel corde diffunditur per totum corpus.
Officium retentivæ, est attractum alimentum detinere, ne diffluat
sive sit proximum, sive remotum, ut v.g. in radice plantæ
alimentum per radices attractum debet perfici, disponi; debet
ibi detineri ad aliquod tempus, donec disponatur. Idem
accidit in alimento proximo, ut v.g. sanguis [illegible] attractus
ad digitum.

debet in digesto corpore uniri, necessario debet disponi dispositio-
nibus carnis, ac proinde debet ibi aliquando detineri, ut
disponatur. Officium retentivae est alimentum attractum, et
detentum concoquere, et disponere intra alimentum nutriendum, ut
fiat proximum, si sit proximum ut uniatur in substantia nutriendi.
Officium expulsivae est expellere alimentum inutile, vel a multa sui
parte alimenti, praecipue impuri, ut uniatur in substantia alicuius vel
minus apti; necessaria fuit virtus, quae partem prorsus impuram
extra viventis expelleret, minus vero aptam segregaret, ablegaretque
in locum, ubi ob magnam necessitatem posset eo inservire ad nu-
tritionem viventis; ita lac, de foetura, inserviunt eo gene-
rationi principium ad semen faciendum; ad quod requiritur attractio
alimenti, retentio, concoctio &c. Quaeres an potentiae facul-
tatibus realiter inter se distinguantur. Resp. negative.
Prob. quia attrahere, detinere, concoquere, et inutilia ex-
pellere possunt esse operationes eiusdem principii; ergo frustra
multiplicantur principia realiter distincta. Prob. Ant. quia
omnia illa possunt esse a temperamento primarum qualitatum
per corpus diffuso, et praecipue a calore, qui praecipue ap-
pellatur artifex nutritionis. Conf. quia in Magnete eadem
est vis, qua ferrum trahit, et qua ferrum retinendo magneti co-
niunctum; ergo etiam poterit esse eadem virtus attractiva alimenti
et detentiva. Ergo etiam potest esse eadem virtus attrac-
tiva alimenti, et detentiva. Quinimo idem calor in
igne impugnat homogenea, et disgregat heterogenea.
Ergo eadem virtus poterit detinere alimentum, et concoquere
et inutile segregare, et expellere.

Disputatio 3.a

De Anima sensitiva

Quaestio 1.a

Quid sit, et quibus conveniat

Anima sensitiva est actus p.us corporis organici, vitam sensitivam habentis. vel sic definiri. Est principium sentiendi. Nomine autem sensationis comprehenduntur omnes sensationes, tam sensus externi quam interni. Dubitatur est an Anima sensitiva conveniat brutis aliqui .A. dicunt convenire brutis animam intellectivam, sed imperfectam.

Dico est Brutis convenire Animam sensitivam et non intellectivam.

1.a Pars pr. Bruta sentiunt ergo habent Animam sensitivam pr. ant. quia nullum reperitur animal, quod habere tactum non habeat, nam Zoophita seu plantanimalia, ut spongiae quae sunt imperfectissima, si tangantur se contrahunt, ergo sentiunt.

Confir. quia in brutis dolor aliquis apparet vel laetitia, ergo habent Animam sensitivam

2.a pars pr. Bruta non intelligunt ergo eorum Anima non est intellectiva, pr. ant. quia dicitur in psalmo. Nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus. Rursus alibi dicitur

com.

comparari est immeritis incipientibus q. bruta non intelligant nec sapiant. R. 2°. contra quia si bruta haberent animam intellectivam, et ponerem licet imperfectam, non ne: cessario differrent ab homine imo tantum differrent tamquam magis et minus essent .n. in eadem specie, ac plane differ: rent, sicut aurum orientale ab alio, quorum utrumque est verum aurum, utrique .n. convenit definitio auri, et tantum differunt quia illud est paulo perfectius quam hoc, at quis audeat asserere tam levem discrimen esse inter hominem et bruta. R. 3°. patet contra ex solutione obiectionum.

Obiicies 1°. ex Aristotele lib. 8. de Hist. an. cap. 1°. ubi inquit in plurimis ceteris animalium vestigia manent humani animi, quamquam hoc apertius discernatur in homine inest urbanitas, feritas, clementia, et in fine addit etiam prudentiae imago inest in multis, sed prudentia sine intellectu non est. Ergo si in brutis est prudentia, etiam admittendus est aliquis intellectus.

Confirmatur ex eodem Aristotele in 1° Metaph. ubi docet ex brutis quaedam magis quaedam minus capacia disciplinae, et prudentiae, ergo Aristoteles saltem multis brutis attribuit animam intel: ligentem.

R. Aristotelem expresse negare brutis intellectum, praecipue hoc 2°. libro, et 3°., ubi imaginationem tribuit multis brutis, intellectum negat omnibus. Et plurimi ... de sol. ... expresse tribuit Peripateticis sententiam negantem brutis intellectum. Pro solutione tamen difficultatis advertendum est Aristotelem in locis cit. non asserere brutis inesse partes humani animi, aut prudentiam, sed vestigia horum, et imaginem prudentiae. quare ad haec salvanda necesse non est ponere in bru: tis intelligentiam, sed unam aliquam rationem, quod sit vesti:

ves:

vestigium canis a qua nati in velut a principio prodeant operationes illae brutorum quae similes videntur rationis; talis autem vis est imaginatio, vel sensitiva memoria si haec distinguuntur. Ex quo etiam patet responsio ad alterum locum in quo nomen disciplinae latius accipitur a Philosopho, non quidem ea qua ratiocinatione fit, sed pro ea quae imaginatione sive sensu acquiritur.

Ob. 5.o 2.o Canis dicitur discurrere quod est signum intelligentiae. Probatur: Canis in trivio positus praecurrentem dominum sequuturus si forte distractus sit alio non videt qua via incesserit dominus odorat 1.am viam si ibi odorem domini non sentiat ad 2.am se confert, si neque ibi vestigia sentiat 3.am non odorat sed recta pergit quasi certus illac dominum iuisse. Hoc autem videtur esse discursus. Nam canis sic argumentatur: 1.a via non iuit. Non iuit 2.a ut constat ex odoratu, et praeter has nulla est via nisi 3.a ut sensus ostendit, ergo iuit via 3.a unde illam securus arripit.

R.o 1.o experientiam fortasse veram dici eius quod semel aut iterum contigerit, potuit casu accidisse, et quis scit an in 3.a via odorem senserit canis.

R.o 2.o admissa experientia inde non colligi discursum in cane, sed tantum instinctum quemdam sequendi suum dominum quem cum odore non offendat illa 1.a aut 2.a via, statim impetu fertur ad 3.am iuvante imaginatione et memoria quae recordatur dominum praecessisse et simili modo ad similes experientias respondendum est. Hinc facilius respondetur ad quemdam discursum quem Plutarchus lib. [illegible] refert in vulpe, refert narrat cum fluvius conglaciatur vulpes [illegible] supra glaciem et aurem apponere ut sentiat strepitum aquae sub glacie decurrentis ut quidem si strepitum audit statim rece-

audit ex glacie, nec fugit trahere flumina, si stre-
pitum non audit, flumen fugit, quod ipsum sic discur-
rat. Quod prope sonat, prope currit, sed haec aqua pro-
pe sonat, ergo prope currit, quia glacies non est alta, quod
flumen non est supra glaciem, unde fugere debet e con-
tra). Facilius ignarus hoc solvit, quia ad fugam illam
ex glacie audita aqua strepitu nullus discursus non indigent
sed satis est imaginatio et naturalis instinctus ad fugam per me-
li, neg. maior requirit discursus in dicendo casu, quem re-
quirat ad non intrandum flumen, quem videt currere.

Quaestio 2a.

An in Brutis sint plures Animae

Apparent in brutis operationes Animae vegetativae, nutritio,
augmentatio, et generatio, ...ns apparent etiam operationes
Animae sensitivae, unde dubium an in brutis sint plures Ani-
mae, vegetativa, et sensitiva. Eadem quaestio fieri solet de
homine, in quo apparent operationes Animae vegetativae, sensitivae,
et rationalis, ac pro inde volunt aliqui in homine dari tres
Animas.

Quaestionis sensus duplex esse potest, 1us an in homine (quod
etiam proportionaliter intelligendum est de brutis) de facto
sint tres Animae. 2us an necessario dentur.

Dico est in 1o sensu unam in brutis esse Animam, non duas,
et in homine unam, non tres.

Probatur quia juxta nostra principia repugnant plures formae sub-
stantiales in eodem subiecto.

Quoad 2um sensum, neg. necessario esse plures Animas realiter
dis-

distinctus in brutis, aut in homine. Pr. quia nulla est necessitas ponendi istam successionem formar. in foetu ita ut prius generet. forma vegetativa, deinde sensitiva, et tandem ratio. ergo non est admittenda ista successio.

Pr 2. quia si in generatione hominis v.g. prius in foetu produceret. forma vegetativa, deinde sensitiva corrupta priori et demum rationalis, corrupta sensitiva, et absolute productus sequeretur, ad hominem prius generari plantam, deinde brutum et demum hominem, sed hoc est absurdum ergo. Pr. seq. quia foetus animatus forma vegetativa proprie conveniret cum planta, planta n. ea tamen forma vivit, licet n. ille foetus, nec ramos habeat, nec radices, adhuc tamen conveniret cum planta, quia utrumque esset vivens forma vegetativum et differentia illa organorum esset tamen accidentalis, nec plus differret ille foetus a planta, quam differat frutex ab arbore. Nec dicas illam formam vegetativam qua vivit foetus non esse eiusdem rationis cum forma plantarum, ac proinde foetum non posse dici plantam, hoc inquam est falsum, non n. potest assignari in quo con: sistat ista differentia, cum illa forma esset principium ve: getandi sicut forma plantae.

Ob. Arist. lib. 2. de Anima cap. 3. ait non simul fit animal et homo, nec animal et equus, ergo sentit foetum prius vivere vita sensitiva, quam rationali.

R. Sed intelligendus est Arist. ut animal exigat in foetu successionem non animae, sed operationum, quare licet fre: quentius ubi primum animatur, animetur forma rationali, tamen quia non statim incipit exercere omnes operationes quarum principium est forma rationalis, sed prius exercet tamen operationes vitae vege= tativae, paulo post sensitivae, demum rationalis, ideo dixit Arist. hoc:

foetum prius esse animal, quam hominem.

Ob. 2° semen plantarum producit substantiam plantae, ergo etiam semen humanum debet esse productivum alicuius substantiae. Sed non est productivum animae rationalis quae creatur a Deo, ergo debet esse productivum alicuius alterius formae, nempe vegetativae, ergo semen hominis producit in foetu animam vegetativam, et sensitivam.

R. falsum est quod nimirum a semine plantae, vel alterius animalis producatur ex modo anima plantae, et bruti, quia est virtus accidentalis non producit substantiam, nec a substantia inferioris ordinis produci potest nobilior, contra vero dices, quod non habet, quod plantae quae nascuntur ex seminibus habent aliam causam suae productionis, sicut etiam animalia quae nascuntur ex putri, cum virtus seminalis habeat se tantum dispositive.

Ob. 4° Natura non transit immediate ab extremo ad extremum sed per medium, et ordinate procedit in suis operationibus. Si ergo ex foetu inanimato fiat vivens sensitivum, fit vivens tantum vegetativum intermedium inter vivens sensitivum et non vivens, idem dicendum de foetu hominis. R. 1° si valeret argumentum probaret etiam quod quando natura vult facere ex homine cadaver, prius ex homine facere deberet vivens sensitivum, et ex hoc vegetativum, deinde ex vegetativo non vivens cadaver, quod tamen est falsum. R. 2° distinguendo dictum illud natura non transit ab extremo ad extremum sine medio, ad hoc ut sit verum, satis est si dicatur natura non ire a non vivente ad vitale sine mediis dispositionibus quae per ordinem ponuntur, et quia servat suum ordinem in exercitio operationum, cum prius exerceat in foetu operationes magis imperfectas, deinde perfectiores.

Ob. 5° ult. partes et organa paulatim formantur, et disponuntur

ergo

q.° prius ponat sufficientia ad statum vegetativum tm̄ quam ad sensitivum q.° prius illa introducit, deinde hoc.

R.° organa sic formari et disponi a corpore seminali, ut simul ponat sufficientia et [illegible] ultimatum infectum qua: m̄ in ventre matris, ... ponat simul organa re: quisita ad statum brutis, et nunquam prius disponat dis: positiones requisitas ad statum vegetativum tm̄.

Quaestio 3.a

De corpore organico statu sensitiva

Quoniam multa ex iis organis quae sunt in brutis re: quisita ad sensationes habent correspondentiam in homine, ideo hic explicantes organa humana nota faciemus organa brutorum.

Habet ergo corpus humanum organicum suas partes similares inter quas p.° numerant quatuor illi humores qui sunt velut elementa huius parvi mundi. Pituita, seu flegma atrabilis seu malencholia, flava bilis, seu colera, et san: guis

Quaeres hic p.° ex qua materia fiant isti humores. 2.° an differant inter se substantialiter.

R. ad p.um istos humores generari ex chilo. Ad 2.um dico differre substantialiter, quia effectus quos producunt sunt adeo diversi, ut ostendant formas substantiales etiam diver: sas

Difficultas est in qua parte generantur isti humores et quidem De flegmate, et malencolia, et colera quod generentur in epa: te consentiunt Medici, et Philosophi. Praecipua quaestio sit

sit de sanguine, quem Aristoteles docet generari in corde,
sed alius in hepate. Nos qui medicinae operam dare debemus,
Galenum secuti, docemus in hepate sanguinem generari.
Primo quia omnes venae pertingunt ad hepar, non omnes ad cor,
cum vena porta non videatur habere commercium cum corde.
2° in hepate apparent plures venae, quam in corde, tan-
quam in suo fonte, et inde est principium sanguinis, un-
de est principium venarum, cum venae sint propter san-
guinem, ergo debet dici quod sanguis generetur in hepate. 3°
in hepate fiunt alii humores, ergo etiam sanguis. 4°. Quando
est mala sanguificatio adhibentur hepati medicamenta, ergo si-
gnum est in hepate sanguinem generari.

Quaeres 2° quid sit pituita, quid melancholia, quid colera.
R. pituita est humor aqueae naturae, fit autem ex pinguioribus
et dulcioribus partibus chyli. Melancholia est terreae naturae, ex
partibus magis terreis chyli. Colera, seu flava bilis est igneae
naturae, sanguis aereae, unde qui pituita abundant, habent
aquam distillantem ex naribus, qui melancholia tristes sunt et
quasi immobiles, qui abundant sanguine sunt hilares et
facile mobiles, sic etiam qui colera affecti sunt agiles in
suis actionibus. Omissis multis quae dici possent de reliquis humo-
ribus, venio ad reliquas partes corporis organicas.

Reliquae partes corporis organicae, vel sunt homogeneae, vel
etherogeneae, homogeneae sunt cutis, caro, os, cartilago, ner-
vus, arteriae, venae, ligamenta, musculi, et membrana, de
quibus singulis aliqua dicemus.

Cutis est terminus corporis animati, et quasi tegumentum, et
vagina reliquarum partium, in homine est delicatissima:
aliis fortis et usus triplex est. Primus ut sit terminus corporis,
2us ut sit quasi tegumentum quo animal ab iniuriis protegatur.

qua-

quae propter ubi maius est periculum laesionis, ibi durior est, ut in extremitatibus, capitis et pedibus. 3.us est ut sit ad ornamentum ipsius corporis, alioquin horrendum esset vi-dere hominem sine pelle, et in ea sita est ultima illa figura quae cum suavitate coloris reddit speciem inspectu dignam.

Caro complexione est humida, et calida, est in maxima abundantia ita, ut videatur esse totum animal. Finis et usus illius tri-plex. 1.us caloris ad tactum; 2.us ex Galeno est pabu-lum caloris, ut patet in infirmitate. 3.us ut repleat vacuitates inter alias partes. Plura apud Blandinum, lib. 3.o cap. 8.o de corpore animato.

Os est pars solidissima, ut docet Arist. lib. 2.o de partibus, ut patet ex eius durities, siccitate, et gravitate, propterea eius complexio frigida est et sicca. Finis et usus illius duplex est. 1.us ut sit velut fundamentum, et basis reliquarum partium corporis, ut censet Arist. lib. 2.o de partibus cap. 9.o ubi affert exemplum figuli, qui cum ex argilla fragili aliquid vult for-mare, semper adhibet tanquam fulcimentum lignum, vel quid si-mile, quo sustentetur forma. 2.us est ut ossa sint propugna-culum aliquarum partium, nam cranium est propugnaculum et defensio cerebri, thorax propugnaculum pulmonis, et cordis, videntur ossa ducere originem a spina quae est in dorso, et ad illam omnia revocari.

Cartilago est pars quaedam similis ossi, et medians inter carnem et ossa, est solida et alba. 1.us usus est illi communis cum omnibus, scilicet ut ipsi cavitates partes propinquae. 2.us inservit os-sibus ne nimio motu in iuncturis frangantur, propterea in-ter illos, et os datur cartilago. 3.us ad facilitatem motus, prop-terea est admodum brevis, et humore lubrico delinita. 4.us inservit tanquam gluten, et ligamentum ad conti[n]gendas partes. 5.us ne

le-

laedat. caro a duritie ossis, quapropter natura interposuit cartilagines, quae participant mediam quandam complexionem. Venter in gutture sed duplicem alium usum, pro sit facilius deglutendi et comprimi, 2.us inservit ad formandam vocem. Plura apud Vandringium.

Nervus est pars quaedam animalis teres et rotunda, dura, et solida, constat ex triplici substantia, altera externa maxime dura quae ducit originem a membrana cerebri existente sub cranio, quae appellatur dura mater. 2.a pars mollior quae oritur ab inferiori parte, ac membrana cerebri, quae dicitur pia mater. 3.a est infima, quae similima est medullae arborum, et est alijs mollior. Sunt autem duo genera nervorum, alij sunt molles, et hi sunt breves, et vicini cerebro, alij duri, et isti per totum corpus, et per singulas partes. Usus autem nervorum ex Galeno lib. 5.o de usu partium triplex est. Primus est sit instrumenta omnium sensuum exteriorum, et ideo diffunduntur ad omnia organa sensuum. 2.us usus est ad motum spontaneum, qui consequitur ad appetitum animalis, nam sine nervis non possumus moveri, ipsi n. inserviunt musculis per totum corpus, ut moveri possit. 3.us usus est ut membrum cui inseruntur nervi percipiat id quod molestum est, vel aliud quod esset bonum, ex causa nervi inseruntur etiam ventriculo ad excitandam famem.

Vena est canaliculus, sive pars canaliculata oblonga et perforata, habens usum canalis, et defferens humores. Singulae venae constant duplici tunica, una externa quae communis est omnibus membris quae ducitur ex peritoneo, alia propria quae ducitur ex fibris seminarijs. Fibrae autem sunt triplicis generis, aliae rectae sunt per longitudinem venae, habentes situm sicut lineae rectae, et istae deserviunt attractioni, aliae sunt ob-

obliquas, sed contrarias, quae deserviunt retentioni, alias quae sunt transversas secundum latitudinem, quae deserviunt expulsioni.
Usus venarum est ut sanguinem simul deferant humores, maxime vero sanguinem, quem distribuant per totum corpus. 2.° ut attrahant cibos, quorum munus est venas porta.
Arteria non videtur differe a vena, nisi quia superaddit tunicam longe crassiorem tunica venae, unde ab antiquis dicta est cartilaginea, ab aliis venas pulsatilis, caret fibris, ac villis, quia haec non est instituta ad trahendum ut vena, sed ut semper pateat. Hac autem tunica arteria sit adeo crassa, ea ratio est, quia cum in illa contineatur spiritus, qui sunt subtilissimi, ne evanescerent, debebant contineri vase solidissimo.
Ligamentum est corpus durum et album, oriens duriter vel a cartilagine, vel ab osse, vel a dura membrana. Habet 4.or usus. 1.us est colligare partes ossa inter se vel cartilagines, quandocumque nimirum exposcit extra sedem dependi moveri, propterea necesse habet illa colligante solida et firma. 2.us est ad facilitatem motus ut ossa facilius sequerentur musculos. 3.us est ut seniant partibus extremis musculorum nempe scilicet a propria sede ad impropria dimoveantur. 4.us est ut sustineat quam fragilem ipsam extremis partibus musculis nec tendinis, ut facile sederent tamen solitaria.
Musculi sunt instrumenta motus spontanei, et dico tota caro est pars musculi, ut nimirum quae proprie caro nominatur. Usus soli continetur, aliqui dicant musculos esse 129.cem, alii 208.o
Videtur autem constare musculos ex ligamento, et nervis, ex ligamento quidem ut firmet, ex nervis ut det motum, nervus enim ut diximus est principium et instrumentum motus, ex quibus ergo duobus fit musculus.
Membrana sunt quaedam tunica latior, densa, et lenta diffusa per cor-

corpus, ut interiores partes instar indumenti, unde tunica dicta fuit.

Partes autem heterogeneae in quas dividitur totum animal quatuor sunt, caput, thorax, venter, et artus.

Caput dividitur in plures partes, sic sunt vertex, sinciput, occiput, duo tempora, facies. De his tam dicimus, post cutim statim sequitur quaedam membrana, quae proprie ambit totum cranium dicitur pericranium ~~et [illegible]~~. post istam sequitur os quod dicitur cranium, seu calvarium, est propter suam duritiem cerebri propugnaculum, constat multis ossibus, ut patet ex suturis, quae suturae datae sunt [illegible], tum ut pateat aditus membranae, tum ut per illas excipiendi exhalationes quae fiunt in cerebro. Illae autem suturae sunt tres. 1a est in occipite posteriore, quae dicitur lambdoides, quia refert figuram litterae graecae λ. 2a est in sincipite, quae dicitur coronalis a figura C. 3a dicta quae dicitur sagittalis, quia vadit a 1a ad 2am. Ossa cranii sunt septem, duo sincipitis figura quadrilatera, crassa quidem sed tenera, et fere porosa. 3m occipitis omnium durissimum, quod immediate incidit primae vertebrae et est perforatum. 4um est frontis quod dicitur coronale, duo alia temporum petrosa, quia referunt speciem lapidis. 7um est [illegible] quod dicitur os cunei. Post cranium immediate occurrunt duae membranae quae dicuntur Meninges, altera immediata cerebro, tenuis et crassa, quae dicitur dura mater, et est media inter cerebrum maxime molle, et cranium maxime durum, et prohibet cerebrum ne illius partes comprimat, quae propter illas [illegible] suturas, nata [illegible] in cranio ut esset quasi [illegible] tecto. 2o [illegible] ut sit quasi lagena perforata, ut fis-

distribuant vasa et venas, et arterias. 3.° ut institutum est cerebrum possit dilatari. Altera membrana est mollior quae accedit ad cerebrum, et dicitur pia mater. Per duos usus primum ut contineat cerebrum [illegible] 2.us est ut contineat vasa venas et arterias, et propterea penetrat totum cerebrum. Post istas duas membranas sequitur cerebrum a Platone medulla dicitur. Est inter praecipuas partes corporis, in homine longe maior, quam in caeteris animalibus data proportione, ob plura nobiliora munera. Figura est ad continendum cranio conflexione est frigidum, et humidum natura sua: frigidum enim oportuit esse ad temperandum calorem spirituum [illegible] ad motum, et sensationem, tum ne calore spiritus nimium inflammaret, quod facile eveniret [illegible] glutinosa humo denique quia in calido cerebro generari ac [illegible] essent [illegible] quales sunt generari. Est autem humidum et molle, tum propter sensationes, tum propter [illegible] [illegible], quod si dura mater non fuisset, flexibilis [illegible] tum oportet, tum denique quia si cerebrum non esset humidum, nimis frigore damnum esset [illegible] ad [illegible] [illegible] ac [illegible] nimium [illegible] caput. Dividitur in duas partes per [illegible]. Pars anterior occupat [illegible] sinciput, et suturam sagittalem, et haec pars maior est pars dicitur cerebrum, posterior est dicta ita ut possit continuari cum medulla spinali, eo est in occipite, dicitur cerebellum, quasi parvum cerebrum. Utraque habet multos anfractus qui inserviunt, ut eadem substantia, quae magna sunt, possint nutriri, et [illegible] venam, quae

magis accedat, et quodam modo ingrediatur in ipsas
substantias, unde illam nervorum appellamus. Pars
anterior cerebri dividitur in duas partes. Ulterius
et dividitur substantia interior, ubi sunt duo ventres
quasi duo semicirculi magni, in quibus recedunt
spiritus ad cognitionem, et sensationem, qui spiritus obli-
niti lubrico quodam humore, aqueo, et tenui tempe-
rantur à suo calore. 2°. illi sinus interiores
sunt ad expurgationem materiae pituitosae, et
crassae, quae ex substantia cerebri similiter generatur
Isti duo sinus redeunt in unum tertium ventrem
in medio cerebri. Superius habet corpus
quoddam callosum, album, et solidum, configura-
tum ad modum testudinis rotundae et habet tres
angulos. Usus illius est, ut sit testudo, et
fulcimentum totius cerebri, et quasi fornix
ne cerebrum sua gravitate opprimat tertium
ventrem. Hi autem tres instituti sunt, ut
digerant, recipiant, et transfundant spi-
ritus vitales, et illis utantur ad operationes
sensuum, ad intentionem, et ipsi ventriculi,
ad intentionem, et ad motum, et ideo in anteriori
parte:

est sensus communis, in media est fantasia, et
immaginativa; in tertia memoria. Legendus
est Laurentius lib. 4°

Post caput sequitur Thorax, in quo resident vitales
spiritus. Est medius inter ventrem, et caput, et
ideo sibi notissimus, non est totus osseus, ut caput,
nec totus carneus, ut venter; sed de utroque quasi
medius participat. Constat tot ossibus, ut sit
tutus, et tamen integro osse; quia debuit moveri.
Constat ex tribus partibus superiori scilicet, media, et
infima. Prima est jugulum, cui insidet collum,
et dividitur in duas claviculas, quibus fit tota actio
brachiorum. et sub mediante sutura duo iugula: in
medium vero sequuntur costae. Pars media constat
ossibus, et musculis; ossa sunt costae, quae divi
duntur in duas partes, Cartilagines scilicet et ossa
Cartilago acuta est in cuius finem gladius, et
dicitur xiphoformis, quae est propugnaculum cordis,
et stomacho. Est duplex os, unum est vertebra
et alium est quasi sternum. Tertia pars thoracis,
quasi fundus ipsius est musculus magnus, qui ha-
bet consensum cum cerebro, et ideo quando est inflam-
matus communicat cerebro calorem.

In thorace sunt duo membra ~~sunt duo~~ potissima Cor,
et pulmo. Cor primo involvitur membrana, quae dicitur:

Capsula Cordis; est enim quasi munimentum, et propugnaculum
ipsius, indeque ad fovendum calorem in Corde. Cor:
dis figura est similis nuci, quae incipiat, et desinat per
modum pyramidis, quae figura commoda est ad munitionem
Cordis, et fovenda spiritus, et sanguinem, et ut sinus
illi qui sunt in corde, solidentur aliquo operculo,
et quasi propugnaculo, et ideo desinat in angustum.
Quo ad situm, cum dicitur, medium basi et parte
superiori situm est prope medium thoracis, apex ad ex:
tremas partes vergit ad sinistram; attamen caliditas
est in dextro, quia illa respicit quoad vasa, et
spiritus, et ibi incipit motus. Deinde nisi ullo
ligamento Cor nectat, et tamen semper est in equi:
librio; ratio est quia utrumque est equalis ponderis,
secundum Galenum; et quamvis pars sinistra sit plena
spiritibus, tamen caro est longe durior, et non plena san:
guine, qui maius habet pondus, et ideo, ea propor:
tione qua spiritus est levior sanguine, pars durior
sinistrae gravis est gravior. Caro Cordis est dura
et solida, et propter continuum influxum in alia
membra, continuo motu exercitatur. Cor in di:
latatione recipit ab arteria venosa spiritum, vel
aerem, quia attrahimus aerem ad refrigerationem
nimii caloris. Similiter recipit in alio ventriculo,
scilicet dextro a vena cava sanguinem, vel ad

nutrimentum:

Pulmonis, nec ad fomentum caloris, tum ut sit materia
sanguinis arteriosi, et spiritus. In contractione vero
effundit, et emittit in sinistro Ventriculo per Arteriam
magnam spiritus fumidos, fuligines, et alia excre-
menta crassa in dextro Ventriculo per venam Arteriam
Pulmonis emittit sanguinem ad nutritionem Pulmonum.
Quare Cor duos habet Ventriculos, et inter utrumque est
veluti paries, qui illos inter se separat, et dicitur
Septum Medium. Primus Sinus plenus est sanguine digesto
et attracto ex vena cava. Secundus est pleno san-
guine purissimo, et spiritu, unde dicitur Arteriosus et
Aereus. Ventriculus sinister parietem quodammodo crassiorem
obvallatum quam dexter, ut sanguis acutus, et spumans
propter tenuitatem evanesceret. In Cordis Basi
quamplura apparent insignia Vasa, et tendines cum
orificia. In dextro Ventriculo sunt duo vasa,
Cava scilicet, et Arteriosa. In sinistro duae Arteriae
magna scilicet, et Arteriosa.

Pulmo est substantia tenuis, rara, mollis, levis, fora-
minosa, et spiritu plena. Attenditur à natura ad
recipiendum intra se Aerem, quem deinde iniicat Cor-
di ad illud refrigerandum. In Pulmone sunt tria
Vasa. Primum dicitur Vena Arteriosa. 2.° Arteria
Aerea. 3.° Arteria Venosa, quae oritur extra ventri-
culo Cordis, et irrigat Pulmonem ad eum purgandum.

Dicitur autem venosa, quia est simplex, sicut Vena quo
ad tunicas totas regitur carne Pulmonis, quia debuit
esse agilis admodum cedens. Vena arteriosa recipit
sanguinem à Corde ad Pulmones. Dicitur Arteriosa
quia habet tunicas crassas magis, quam caeterae arte-
riae. Aspera arteria est à supremo colli ad Pulmo-
nes, cui Arteriae ex altera parte exteriori videtur
alius nervus, quas demolitur cibus et aspera Arteria
transmittitur Aer ad Pulmones.

Sequitur post Thoracem Venter, qui dicitur Hypogastricum nasci-
tur incipit, occurrit in eo primum Abdomen, quod regit
intestina, constat ex Cuti, adipe, musculis, et Peri-
tonaeo. Musculi inserviunt primo ut foveant calore Ven-
tris, 2° ad eam expellenda excrementa, alimentaria
Venter expultrix, et ad alios usus. Peritonaeum est
membrana tenuis, sed firmissima ita dicta, quia circumdat
omnia viscera, et ambit omnes Venas, Nervos, et Arteri-
as omnia quae sunt in Ventre. Usus illius est conti-
nere, quod commune est omnibus membris. 2° defendere
à flatibus, et aliis, qui dici possunt in intestina, et ad
alios usus, de quibus vide Bardinum.

Intestina constat ex duplici membrana interiori, et exterio-
ri. Interior est crassior. Exterior est membranosior.
Instituta sunt ut excludant, et expellant. Sunt
sex numero, tria superiora subsequent Ventriculo, ut

Chylum distribuat Hepati, habent vim digerendi, sicut
Stomachus, sed minorem, et proxima Venis Mesarai:
cis involvuntur, ut ab eis sumatur, et Chylus exu:
gatur et transmittatur ad Hepar, et ibi vertatur in
sanguinem. 1.um Intestinum dicitur Duodenum, eo quod
longum sit per duodecim digitos. 2.um dicitur Jejunum,
eo quod perpetuo vacuum inveniatur. 3.um appellatur
Ileum. Alia tria intestina Inferiora sunt longa
et latiora ad expurganda excrementa, vel feces.
1.um dicitur Cecum, quia ibi prius reliquie cibi su:
munt formam excrementi. 2.um dicitur Colon, eo quod
in eo fiant dolores Colici. 3.um dicitur Rectum.
Hec tria Intestina perpetuo quasi ducta sibi co:
niuncta sunt, ut unum efficiant Intestinum, quod
in [illegible] vulgarium Mesenterium appellatur.
Ventriculus est quo fit prima digestio Cibi constat
duabus Membranis interiori, et exteriori; altera
subtilior habet duo foramina, unum superius usque
ad os, per quod immittitur cibus ad Stomachum,
alterum deorsum; sed angustius, quod foramen
post receptionem Cibi occluditur, quousque fiat
digestio. A parte dextra est Hepar, à
Sinistra lien. Hepar externum residet,
alius subtus est sanguinea, ita ut videatur san:
guis congelatus, ex interiori parte, in illud re:

se insinuat Vena Porta, quæ in multos deinde ramos diffundit, distribuit in viscera partibus succo quo facilius coniungat il sanguine.
De Animabus, quæ quarta Pars erat Metiorologiæ nihil dicam, ut temporis angustiæ ad reliquas quæstiones breviter expediendas nos impellant.

Quæstio Quarta
De Cognitione Animæ sensitivæ.

Anima sensitiva ut sit etiam Vegetativa, habet operationes quas supra explicavimus Animæ Vegetativæ, nempe Nutritionem, Generationem Augmentationem sed præter has habet alias operationes, quæ sunt propriæ Animæ sensitivæ. Sunt autem hæ operationes triplici generis. Aliæ sunt cognitiones obiectorum aliæ appetitiones, aliæ motus localis, nam equus V. G. quod appetitum cognitum appetit, vel fugit, et ad illud obtinendum, vel fugiendum localiter incedit. In hac quæstione agimus de cognitione sensitiva, quæ est duplicis generis, alia Externa, alia Interna. Externa est illa, quæ exercet animal per organa Externa, qualis est Visio &c. Cognitio sensitiva Interna est illa, quam exercet animal per organa interna, qualis est V.G. memoria præteritorum, sensibilium, comunis cognitio, animadversio. Quæris primo an cognitiones sensitivæ sint immagines intentionales obiectorum, quæ per illas cognoscuntur.
Respondeo affirmative. Ratio. quia cognitio in communi hoc habet, ut sit quædam conformitas cognoscentis cum re cognita, sed talis conformitas:

est immago formalis rei cognitae. Ergo etiam cognitio sensitiva est quaedam formalis immago obiecti cogniti. Conf. a pari: cognitio intellectiva est formalis imago rei intellectae; unde intellectus dicitur a Philosophis Anima intelligendo fieri omnia, scilicet repraesentative. Ergo etiam cognitio sensitiva est quaedam formalis imago rei, quae sentitur.

Quaeres 2°: an haec formalis imago rei, quae sentitur, sit quid realiter distinctum ab ipsa potentia cognitiva, et a re cognita, seu a specie impressa illius comprehendenda non est. Dari huiusmodi species impressas. Respondeo cognitionem sensitivam, seu formalem imaginem rei cognitae esse peculiarem qualitatem distinctam a specie impressa. Probatur quia saepe in oculo adest species impressa alicuius obiecti, et tamen non est visio illius obiecti. Ergo visio obiecti est aliquid aliud praeter speciem impressam eiusdem in oculo receptam. Consequentia patet. Antecedens probatur experientia: saepe enim contingit, ut dum vel attente loquimur vel aliquid aliud attente agimus, transeat ante nos aliquis, et tamen eum non videamus. In quo casu species necessario diffunditur ad oculum et tamen oculus illum non videt, ergo visio est aliquid distinctum a specie impressa obiecti recepta in oculo.

Quaeres 3°: an haec imago rei cognitae sit qualitas materialis in homine, sicut est in bruto. Respondeo etiam in homine cognitionem sensitivam esse materialem. Probatur, quia eiusdem rationis videtur esse in homine, et in bruto cognitio sensitiva; sed in bruto tantum materialis; ergo etiam in homine. Probatur maior, quia natura ad exercendas cognitiones sensitivas similia organa dedit homini ac leoni, oculus leonis similibus humoribus, et tunicis constat, sicut oculus hominis; ergo sicut organa sunt similia, ita similes videntur et operationes. Confirmatur, quia sicut leo oculo videt lucem, ita et homo; ergo non minus pendet visio humana ab oculo, quam visio leonina.

ergo utrique naturali. Conf. 2° quia homo convenit, et differt a Brutis; ergo debet habere aliquas operationes similes operationibus Brutorum, aliquas dissimiles, hic sunt cognitiones Materiae, quae sunt spirituales, ergo illae cognitiones sensitivae Materiales. Conf. 3° quod nulla est necessitas ponendi tales diversitates inter sensationes humanas, et brutorum, ergo omnes ambae sunt Materiales.

Quaeritur 2° an cognitio sensitiva sit tantum simplex apprehensio objecti, an vero etiam judicium. Simplicem apprehensionem vocamus cognitionem objecti sine affirmatione vel negatione. Aliqui dicunt cognitionem sensitivam internam hominis esse aliquod judicium, imo et discursum, nihilominus vero sed internas, quod internas sensationes Brutorum, et internas hominis esse simplices apprehensiones.

Resp. nullam cognitionem sensitivam esse judicium, sed tantum simplicem apprehensionem objecti. Prob. 2° quia est independentes cognitio sensitiva sed interna, quam interna Brutorum est simplex apprehensio ergo et humana. Consequentia patet per se, et conf. ex dictis praecedenti conclusione.

Neque dicas disparitatem esse, quod potentia sensitiva interna hominis habet peculiarem communicationem cum intellectu, cuius proprium est judicare, et discurrere, ac proinde per quamdam communicationem participare vim judicandi, et discurrendi, quam nequeunt participare potentiae internae Brutorum, quae cum intellectu non coniunguntur; hoc inquam non valet 1° quia non apparet, quod ex hac communicatione cum intellectu resultet in potentiis sensitivis humanis per quod elevantur ad eam perfectionem judicandi, quae videtur excedere limites potentiae sensitivae.

Obiicies 1°

Ob.1 q. sensus discernit inter sensibilia, v.g. inter album et nigrum; sed talis discretio requirit veri actus iudicii quo dividat album a nigro, seu quo iudicet hoc non esse illud, q. cognitio sensitiva est iudicativa.

Conf.o quia sensus communis discernit inter obiecta sensuum externorum, v.g. inter colorem et sonum, q. est iudicativus.

R.o negando min. si sermo sit de iudicio expresse sumpto; visio n. discernit inter album et nigrum non per aliquod iudicium, et divisionem unius ab alio, sed per simplicem apprehensionem, apprehendit n. nigrum, et apprehendit album, sed sensus non elicit 3.um conceptum conferentem album cum nigro, et negantem hoc esse illud, sed discretio illa similiter implicite oritur in actu exercito ex eo quod album et nigrum sint diversa.

Dices simplex ista cognitio sensitiva, qua sensus externi, aut etiam interni discernunt inter obiecta, aequivalet iudicio in perfectione, tam bene n. per simplicem apprehensionem cibi, dirigit equus ad cibum appetendum, quam homo per iudicium intellectivum. Ex alia parte videtur perfectior.

R.o transeat 1.a pars antecedentis quod simplex illa apprehensio sit sufficiens ad dirigenda bruta in suis operationibus appetitivis, et motu locali, sicut sufficit iudicium ad dirigendum hominem in suis volitionibus; neg. vero 2.am partem, eam scilicet cognitionem esse magis, aut aeque perfectam ac iudicium, neq. n. ex simplicitate operationis licet arguere maiorem perfectionem, sed contra sint disparia; ut in casu nostro licet n. cognitio sensitiva in actu exercito, sine ulla compositione, brutum appre-

hen

habeat bonum esse pabulum quod caret in eam
bonitatem formaliter non petit, cum sit alleganter
proportionem quam habet sensus ille cum cognatione ita.
Ad iudicium intellectivum id aliquid idest hoc est per-
fectus ille, vide quod diximus in Phys. ad bruta agunt
propter finem.

Obi. 2° Ph. 3° de an. ait sensus diiudicat et sapiens considerans
sapores, ergo sensus iudicat. Confirmatur ex Phil. 2° Phys. cap.
7. iudicare sensus est ad intelligere et sentire. 2° Top.
cap. 8° sensum vocavit facultatem iudicatricem. 2° de an.
cap. 6° ait sensus iudicare.

Resp. iudicium dupliciter sumitur, aliquando pro negatione
et affirmatione unius de alio per compositionem et divisi-
onem, aliquando minus proprie pro simplici cognitione
obiecti sufficienti ad dirigendam potentiam cognoscentem in
exercitio alicuius operationis. Iudicium in 1° sensu
negamus cognitioni sensitivae, in 2° sensu concedimus, et
de hoc est sermo in locis cit.

Quaeres 4°. de obiecto cognitionis sensitivae.

Resp. obiectum cognitionis sensitivae est id quod est sensibile. Arist.
2° de anima dividit sensibile in id quod est sensibile
per se, et quod est sensibile per accidens. Sensibile per
se est id quod immutat sensum et a quo sensus ali-
quid patitur v.g. color est sensibilis per se, immutat enim
sensum, i. oculum, immittendo in illum speciem im-
pressam sui, et oculus a colore patitur illas imagi-
nem in se recipiendo. Sensibile per accidens dicitur
id quod non immutat sensum, nec sensus quid ab illo
patitur, sed sentitur per immutationem factam in sensu
ab alio obiecto, cui illud coniungitur v.g. subiectum coloris
est sensibile per accidens, quia coniuncta est cum
al-

alio dicitur sensibile per se praedicendi: sub his in sen-
sibile proprium et commune, proprium est quod uno
tantum sensu sentitur, sed eiusdem ordinis, quia id quod
sentitur ab oculo non sentitur ab aure, sentitur tamen a sen-
sibus internis. Sensibile commune definit[ur] sic, id
quod non uno, sed pluribus sensibus percipitur v.g. motus
percipitur a visu et tactu.

Itaque obiecta sensuum externorum sunt ista, visus habet pro
obiecto colorem et lucem. Auditus sonum. Odoratus
odorem. Gustus saporem. Tactus durum ac molle, as-
perum ac leve, calidum ac frigidum, humidum
et siccum, grave et leve. Haec sunt obiecta propria
sensuum externorum; obiecta vero circa communia sunt
motus et quies, numerus, figura, magnitudo. Obiecta
sensuum internorum sunt omnia sensibilia tam
propria quam communia. Experimur enim recordari
omnium memoriam esse in nobis, quod aliquando sen-
su externo percepit. Item confirmant somnia, re-
cordationes enim interiori sensu, quaecunque sensu ex-
terno percepimus.

Quaeres 5º an cognitio sensitiva possit decipi circa sua
obiecta

R. non posse decipi si adsint debita requisita. Nempe
bona applicatio obiecti ad potentiam, et nullum sit impe-
dimentum ex parte medii, vel ex parte organi. Itaque
si sit defectus debitae applicationis decipitur sensus, sic
montes maximi apparent parvi, sic etiam stella vi-
detur minima, qui error fit circa sensibile commune, nempe
magnitudinem, sic etiam in speculis ex uno cubiculo
in aliud putamus hoc esse penetrantem, cum sit aequa-
bu-

lucidum ac illud in quo sumus qui error est circa lucem sensibile comprehensum. Si vero sint debita requisita ex parte obi[ecti], medii et organi, sensus non potest falli, nam sensus est potentia necessaria, quod si posset errare, semper erraret. [illegible] de communi sensibus quasi in communi, nunc ad particulares corpus veniemus

Art. 3us

Quid sit visio, et quomodo fiat

Stoici, et Platonici dixerunt visionem fieri per emissionem quorundam spirituum, aut radiorum ex oculis, Galenus vult quod visus emittat radios quosdam, alij dicunt spiritus visivos ad obiectum visibile, quo cum appulerint revertunt radij illi, seu spiritus simul cum specie impressa obiecti visibilis ad oculum, et sic fit visio, alij aliter explicant istam emissionem spirituum et radiorum. Contra vero Peripatetici negant istas emissiones spirituum et radiorum, sed volunt visionem fieri receptione speciei obiecti visibilis in oculo.

Dico esse visionem esse natam cognitionem coloris, et lucis, neque ad illam requiri emissionem radiorum et spirituum ex oculis. Prima pars est clara. 2a probatur, quia talis emissio spirituum, et radiorum non est necessaria, ergo non est ponenda. Ant[ecedens] patet quia ut patebit ex solutione obiectionum, non potest esse necessitas ostendi.

Prob[atur] 2o, quia id quod emittitur ex oculo ad visionem faciendam vel sunt spiritus animales, vel sunt radij lucis, neutrum dici pot[est],

q. nihil emittitur ab oculo pro visione facienda. Maior
est Adversariorum, min[or] pr[obatur], et quidem de spiritibus, ex eo quod
spiritus emittendi deberent per destillationem produci in ipso animali
in tanta copia, cum una vice visio plurima obiecta perci-
piat, ad quae omnia materia copia spirituum diffun-
di deberet. Adde quod spiritus isti deberent esse vivacissi-
mi, cum a stellis, aut sydera intuemur, spiritus qui il-
luc venire deberent, quanta vivacitate deberent esse?
Contra eosdem spiritus est ipsa experientia, si enim ita fi-
eret per emissionem spirituum, magis fatigaret oculus aspi-
ciendo obiecta aliqua per aliquod breve tempus, quam fati-
getur totum corpus collem aliquem ascendendo. Pro[batur] sequela:
quia aeque defatigamur consumptione spirituum visivorum,
et si visio fieret extra mittendo spiritus, data proportione
plures spiritus consumeret gradus in aspiciendo, quam corpus moto,
q. magis fatigaret oculus, quod est contra experientiam.
Eadem min. de emissione radiorum impugnatur quia in oculo
quamvis detur aliqua lucis scintilla, impossibile tamen est
ut illa lumen producat, et radios usque ad sydera quae in-
spicimus, cum lux quae est in oculo minor sit quam lux
candelae, sed lux candelae non potest illuminare sydera et per-
venire usque ad caelum, q. multo minus lux oculi.

Ob. 2. Natura indidit oculis aliquam lucem, sed non potest assignari
alius finis, quam in dirigendo ad visionem faciendam, q.
ex oculis ad visionem faciendam emittuntur radij.

R. concessa ma. neg. min. lux n. oculi inest sicut animalibus
qui inveniuntur vespertilionibus, nam cum illi spiritus sint natura sua
calidi, et ignea natura, facile possunt reddi aliquam lucem,
quod ea lux insit spiritibus sed quia cum plures, et vivaciores
in

in oculo sunt spūs, tunc maior apparet lux: hinc est quod oculi magis lucent quando excitamur e somno, quia tunc ex proxima concoctione multi spūs, et vivaces durati sunt in oculis: hinc etiam iratis scintillant oculi, sanguis n. accensus circa cor plures spūs magisq. calidos et incensos emittit in partes externas, et praecipue in oculos. Hinc etiam febris lucent oculi, quia calor vim spūs magis inflammat, ac lucet.

Petes an lux videri possit sine colore, et e contra color sine luce.

R. lucem videri aliquando sine colore, colorem vero nunquam sine luce. Pr. utraq. pars experientia, nam lucem cernimus in aere, in quo colorem non videmus, colorem vero nocte non videmus, quia non illuminat. g. lux videtur aliquando sine colore, nunquam tn color sine luce.

Art.us 2.us

De Auditu

Auditus est motus corporis soni per aures

Difficultas est quid sit sonus

R. est accidens de genere qualitatis dependenter a motu oriens ex percussione, et divisione corpor. sonantium, et allisione medii impressi

Conclusio has tres partes, quae singillatim probandae sunt.

1a pars quod sonus sit qualitas realis pr. sonus immutat auditum, et infert illi passionem, g. est qualitas realis.

2o sonus ratione acceptus est, et non est substantia, quia non est materia neq. forma, neq. compositum, g. accidens.

2a

2a pars, quod sonus distinguatur a motu probatur, quia dum fit sonus plura corpora moventur; ergo sonus distinguitur a motu; probatur consequentia, quia si sonus idem esset cum motu, sicut tot sunt motus, quot corpora moventur, ita tot essent soni distincti quot sunt corpora allisa, unde quando alliduntur duo corpora, duo soni audirentur, quia sunt duo motus, et tamen experientia probat contrarium.

Probatur 2o quia sonus percipitur a solo auditu, motus ab auditu, visu, et tactu, ergo sonus est quid realiter distinctum a motu. Probatur 3o quia ille idem motus corporum fit eum sine sono, et cum sono, ergo sonus est quid realiter distinctum ab ipso motu; antecedens probatur, quia si manus cito et cum violentia moveantur, collisae sonant, eaedem paulatim applicatae non sonant, ergo idem motus manuum modo est cum sono, modo sine sono, ergo distinguitur motus a sono.

3a pars probatur sonum oriri ex percussione, aut divisione violenta corporum sonantium, et medii intercepti probatur ex Philosopho qui hoc docet 2o de Anima cap. 8, deinde probatur experientia nam sonus excitatur ex percussione manuum, et collisione aeris intercepti.

Obiicies 1o Aristoteles loco citato sonum docet esse motum, ergo sonus non distinguitur a motu.

Respondeo quia sonus aliquo modo causatur a motu. Dixi aliquo modo licet aliqui affirment ab ipso locali motu effectivè produci sonum, probabilius tamen videtur, quod docet Suarez 3o de Anima cap. 27 art. 3o, motum non concurrere ad sonum, nisi veluti conditionem sine qua non producitur sonus a qualitate aliqua intima rei sonantis, et quod aliis corporibus interceptis collidit.

Obiicies 2o saepe duo corpora intercepto aere percutiuntur, et nullus edit.

edetur sonus, quod falsum est sonum fieri in percussione
corporum, et collisione medij intercepti, Ant. patet, quia
si paulatim manus invicem applicantur, vel ferrum ligno, licet
intercipiatur aer nullus edetur sonus.

R.o requiritur violenta percussio corporum sonantium, hinc est
quod manus paulatim applicatae non sonant, quia non
est percussio violenta, hinc etiam non sonant lana, quia
non sunt corpora sonantia, eo autem cur ad sonum requiratur
violenta, et cita percussio, est quia sonus non fit nisi
medium elidatur v.g. aer, et si motus corporum concurren-
tium sit tardus, apertius dimittit aerem intermedium,
quam collidet et constringat, debet ergo velox esse
percussio, ut medium intercipiatur, antequam elabatur.

Petes quae sint corpora sonantia et quorum collisione fit sonus

R.o esse illa corpora quae dura, et levigata sunt, minime an-
gulosa, et minime porosa, id est quia si sint porosa, me-
dium interceptum quod deberet collidi fugit intra poros
et non eliditur: similiter si sint angulosa praebebunt mul-
tas vias medio intercepto ad elabendum: iuvat etiam ad
sonum figura concava, unde testudines, et similia instru-
menta musica facimus concava, et campanas, et formas
solent, id est quia ea figura multum aeris continet, nec
facile permittit elabi, et proinde collidit aer concavo inter-
ceptus.

Petes si 3.ia corpora ad sonum intervenient, in quo nam ex
illis recipitur sonus.

R.o sonus recipitur, et subiectatur in corpore intercepto, et col-
liso, a quo ipso etiam sonus producitur. Probatur quia a singulis
sensibus plures soni audirentur, neque unus et idem sonus pos-
set in duplici corpore recipi. 2.o quia constat experi-

en-

tantum sola mutata figura quæ sit apta recipere plus aeris, eadem corpora magis sonant, quia sonus est in aere illo intercepto, ut patet, quia idem æs excavatum in campanam plus sonat, quam figuratum in campanam.

Dices corpora quæ percutiuntur dicuntur sonantia, quia illis inest sonus. Contra quia diversimode sonant duo asseres invicem percussi, quam duo æra, quia signum est sonum inesse istis corporibus, non autem medio intercepto, quod in utrisque corporibus idem est.

R. corpora dici sonantia non quia recipiant sonum, sed quia aliquam tonum (?) generant, quod collidunt medium, efficiunt sonum. Sed sonum medio dici inde colligi, quod diversa collisione aeris, quæ diversimode fit a diversis corporibus, diversus fient sonus in aere.

Quæres quodnam sit corpus intereptum in quo fit sonus.

R. de aere constat, imo aliqui putant esse solum aerem, sed invenio nam etiam aquam sonare, et ea quæ sunt aqua proportionata, ut liquores, et nebulis tamen sonet aer, quia facilius colliditur.

Art. 3[us]

De Odoratu, Gustu et Tactu

Odoratus est sensus cognoscens odores per nares.

Quæres quid sit odor.

R. sic definitur. Odor est qualitas 2.[a] sensibilis consequens ex perfecta permixtione, in qua a sicco igneo humidum, absolutè prædominatur calor. Dicitur qualitas, loco generis, quam convenit cum ceteris qualitatibus. Dicitur etiam sensibilis, quia odor non est substantia, ut [...]. audiendi sunt qui dicunt odorem esse substantiam, cum eadem substantia modo diminuta sit odoribus modo plena, ut fides perhibenda est fabulis Plinianis odo-

odore aliquem putrin. 2° dr., consequens ex permi-
xtione p.ae qualitatis, quod ex eo constat, quia plura elemen-
ta non sunt odorifera. 3° dr. omni siccitatis viscosae re-
midari, quia odor ab humiditate impeditur, unde flores mane
non consperi non olent: e contra in aestate omnia magis
olent, quia ad odorem requiritur praedominium caloris.
Gustus est potentia cognoscitiva saporis
Quaeres quid sit sapor
R. definitur qualitas 2.a gustabilis consequens ex primarum permi-
xtione, in qua adhaerendo vincit siccum, absolute tamen prae-
dominatur calor
Tactus est cognitio qualitatis tangibilis, de huius obiecto nihil oc-
currit dicendum praeter alibi dicta.

Art. 4.us

De cognitione sensitiva interna

Dico est dari potentias sensitivas internas distinctas ab externis
supra explicatis.
Pr. ex experientia, equus recordatur sui stabuli absentis, et canis
baculi quo heri vapulavit, sed talis recordatio, et cognitio
non potest esse externa, cum externa non sit rei absentis
ergo est interna. 2° canes aliquando dormientes latrant, sicut
homines dormientes loquuntur, sed talis latratus supponit ali-
quam cognitionem alicuius rei quod displiceat, ergo canes dormi-
entes habent aliquam cognitionem, sed illa cognitio non est externa
cum sensus omnium externi ligentur; ergo est interna.
Quaeres an sensus interni aliquid aliud cognoscant, quam ea
omnia quae ab externis sensibus percipiuntur.
R. p.o a sensibus internis percipi ea omnia quae percipiuntur a sen-

sensationib. externis. Ob experientia supra allata, ad dab. in brutis discretio inter obiecta sensuum externor. cum agnus discernat inter colorem, et sonum, q. dab. in ipso [illegible] omnium eorum sensitiva interna, quae ab externis sensib. percipiuntur: et sane ita debuit esse instituta, ut cum ad naturam ob varios sensus externos destinaret, daret unam internam, qui aliis unita, et ambitu, deinde simul omnib. potest discernere.

R. 2°. à sensationib. internis n solum percipi ea omnia, quae percipiunt. à sensationib. externis, sed praeterea cognosci etiam ipsas sensationes externas, et quia canis v.g. recordat. se [illegible] baculo, et fuisse percussum, unde [illegible] per hanc cognitio internam cognoscit externam: s. quippe similiter canis timet [illegible] accepit, quia recordat. doloris quem tunc sensit.

R. 3°. à sensationib. internis praeterea cognosci amicitiam, et inimicitiam, unde agnus fugit lupum quem sibi cognoscit inimicum.

Quaestio 5.a

De reliquis operationib. animae sensitivae s. de Appetitu, et Motu locali

Appetitus alius innatus, alius elicitus. Innatus est natur. quaedam inclinatio rei, seu proportio cum aliquo à quo perfici [illegible], quae proportio seu inclinatio non est distincta a [illegible] rei. Appetitus elicitus est operatio appetitivae facultatis, et de hoc spectat agere ad [illegible], appetitus eli-

ci:

citus duplex est, alius sensitivus, alius rationalis, ille inest
brutis et homini, quatenus inest corpori sensitivo, hic soli
inest homini, ut videre est. Quod appetitus sensitivus
insit homini patet Rom. 7. Video aliam legem in membris
meis, repugnantem legi mentis meae. Ubi legem membrorum
vocat appetitum sensitivum, legem mentis vero ratio[nalem]. Et
Gal. 5. caro concupiscit adversus spiritum, spiritus adversus carnem.
ubi per carnem intelligit appetitum sensitivum, per spiritum ratio-
nalem.

Quaeres 1.° quid sit appetitio, sive appetitus sensitivus?
R. Appetitionem sensitivam esse qualitatem qua animal
afficitur et inclinatur in bonum sensitivum, et sub sensu
cognitum.

1.° dicitur qualitas, quae ponitur ut loco generis, in qua
convenit appetitus cum ceteris operationibus sensitivis. 2.° dicitur
qua animal inclinatur et afficitur erga bonum, quae particula
ponitur loco differentiae, nam per illas distinguitur appetitus a co-
gnitione sensitiva, nam per cognitionem quasi trahimus obiecta
intra nos, unde cognitio est imago obiecti. 3.° dicitur in bonum
sensitivum, quia appetitus directe non est nisi boni
appetitus consequenter etiam fertur circa malum, ut infra
videbimus, sed hoc bonum debet esse sensitivum, nam per hoc
distinguitur appetitus sensitivus a rationali, quia versatur in ob-
iecto quod sensu percipi potest, cuiusmodi est bonum ali-
quod delectabile. Dicitur denique ut sub sensu
cognitum, requirit n. ad appetendum, ut aliquid cognoscatur
esse bonum.

Quaeres 2.° quotuplex sit appetitio sensitiva
R. potest dividi in duas partes prosecutionem boni sensitivi
et defensionem seu propugnationem eiusdem. 1.us actus

con

convenit appetitui cognoscibili. R.2 irascibilis
dependet per hanc generalem divisionem alia species subdivisio
dividit. ergo 2o appetitus in amorem, odium, desi-
derium, fugam, delectationem, tristitiam, qui actus sunt
per prosequutionem boni. et rursus dividit appetitus in spem,
desperationem, audaciam, timorem, iram, etc., hi actus
sunt per fugitionem ac desertionem boni.

Quaeres 19o an delectatio sensitiva distinguatur a voluptate, et
tristitia a dolore.

Ro. distinguitur sicut includens ab incluso. Ratio quia voluptas
praeter delectationem, et tristitia praeter dolorem aliquem
alium actum includit, quia nomen doloris videtur impo-
situm non ad significandum praecise tristitiam, seu animi
dolorem mere explicatam, sed praeterea cognitionem sensitivam
alicuius obiecti disconvenientis in tactu, unde dicimus ve-
nus illud membrum dolere, sic etiam voluptas praeter de-
lectationem pure dictam, videtur includere cognitionem sensi-
tivam obiecti convenientis in tactu.

Tota difficultas est in explicando obiecto illo ex cuius cognitione in
tactu oritur dolor et voluptas. Patet experientia aliquando
tale obiectum esse aliquam ex primis qualitatibus, vel earum
temperamentum, vel aliquam ex 2is, ut si quis frigoribus
in manibus et pedibus calorem incipiens voluptatem
in motibus sentimus, habet enim calorem nostro temperamento
convenientiam. E contra dolorem si frigore. Verum
quia dolor oritur ex divisione continui, vel compressione
vel contusione, in talibus casibus difficilius explicatur quid
sit obiectum talis sensationis in tactu. Aliqui dicunt qualitatem
quandam 2am quam odorificam appellant. Alii quod ipse
met divisio, et contusio sentiatur. Valde probabile est in

istis

ipsis castis sentiri p.t qualis durumque distemperiem,
quam sequi ex divisione, aut contusione docet experi-
entia.

Quaeres 4.o cur, et quomodo ex delectatione in homine
causatur risus

R. Risus nihil aliud est quam motus oris, et concussio
oris et pectoris facta a diaphragmate aliisque musculis
thoracis, quando propter voluptatem, et admirationem
dilatatur sanguis et cor.

Probatur et explicatur 1.o dictum motus oris et pectoris factus a
diaphragmate aliisque musculis. Quod ipsa docet experien-
tia, unde cum vehementior est risus dolet pectus
dolent maxillae, quia vehementius patiuntur. 2.o dictum
oriri ex voluptate, et admiratione quia nulla res movet
risum quae non delectet, et risus est gaudii signum.
Oritur ex admiratione quia quaecumque iucunda sunt,
nisi accidant de novo inexpectata, risum non
movent, ergo ad risum requiritur aliqua admiratio. Confirmatur
quia adeo pueri, mulieres, et stulti facilius rident, quam
viri, et sapientes, quia illi propter ignorantiam minus
facilius [illegible]

Dices aliquando ex titillatione pedum, vel sub axillis, et la-
tere oritur risus, sed ibi nulla est admiratio, ergo.

R.o etiam ibi esse aliquam admirationem, nam si titillatio
sit saepius iterata, et inexpectata non movet risum, unde
si fiat a nobis met ipsis non ridemus

Dices Arist. 3. de Part. cap. 10.o ait quosdam diaphragmate
transfixo in praelio obiisse ridentes

R.o illum non fuisse proprie risum, sed aliquem motum oris
et pectoris ex laesione diaphragmatis, qualem motum ipsi

qui-

quibusdam alijs animalibus etiam fieri experientia docet.

Quaeres 5.° quid sit fletus, et quomodo ex dolore nascatur

R.° fletus est emissio lacrimarum ex calore excitato circa oculos, et partibus vicinis musculis opera comprimentibus. Pr. quia solemus plorare, vel cum ex dolore constringitur cor, aliaeque partes, vel cum ex timore vehementi, et stupido impetimur in faciem, vel cum fumus oculos occupat, vel ex nimium risum, vel repentino aliquo signo voluptatis; sed in ipsis omnibus casibus, vel per se, vel per antiperistasim calor aliquis excitatur circa oculos, et cerebrum, et proxime oculi partes comprimuntur, et coarctantur, ergo fletus oritur ex causa praedicta. Ex quo constat, fletum oriri ex opposita causa ab ea quae risum facit, nam risus oritur ex dilatatione, fletus ex compressione, et sicut magna admiratio stupidum facit, et risum impedit, ita dolor nimium vehemens impedit fletum, quia scilicet constringit ipsos meatus lacrymarum.

Quoniam autem egimus de fletu, explicandum obiter est quid sit lacryma.

Arist. sect. 31.a probl. ait lacrymam esse veluti serum sanguinis, et ideo saepe post lacrymas sanguis effluxit ex oculis, quia nimirum absumpto sero, et exsiccatione humore sanguinis, sanguis ipse datam viam ingreditur. Hoc negaverunt alii, ex pituita cerebri aliquid etiam in lacrymas secerni; pueri autem et foeminae facile plorant, quia sunt humidiores quam viri.

Supererat ut de motu locali animalis, qui est altera operatio sentitiua, sed de hoc nihil occurrit quod non sit alibi dictum, cum in communi egimus de motu locali et de [illegible], solum ponet aliquis quae-

rere

ere, an motus localis animalis differat a motu lo-
cali rerum inanimatarum. R. aliquo modo differre acci-
dentaliter, quia motus localis in animali fit praecedente in
eodem cognitione et appetitu obiecti, ad quod assequendum, vel fu-
giendum movetur.

Quaestio 6a

De Potentiis Animae sensitivae

Potentiae Animae sensitivae reducuntur ad tres. Potentia cognosci-
tiva, Appetitiva, Locomotiva, 1a. recte omnes sen-
sationes internas, et externas. 2a. omnes appetitiones.
3a. motus localis.

Potentiae Animae sensitivae dividuntur in activas, et passivas, et
passivas. Activae sunt illa quae sunt principia a quibus
producuntur istae operationes, passivae sunt illae in quibus
istae operationes vitales recipiuntur; de potentiis activis et
passivis hic debemus inquirere an realiter distinguantur
ab ipsa Anima

Art. 1us

An Potentiae activae distinguantur realiter ab ipsa Anima

Dico est nullam Potentiam activam ex tribus assignatis, reali-
ter ab Anima distingui.

Probatur conclusio sequitur ex nostris principiis alibi explicatis
quod scilicet nulla sit impossibilitas [illegible], quod ipsa Anima
esse immediatum principium effectivum omnium illarum opera-
tionum, quod frustra ponuntur talia principia distincta. Item

patet

fuit ex ab[illegible] dicens, posita n. operationis potentia ac-
cidentia immediate producere posita, et quando agens
satisfacta se reducit ad suam speciem.

Confr. [illegible] hoc, quia [illegible] potentia immedi-
ate producere suas potentias, q. etiam suas operationes.

Resp. 2o. constat ex solutione obiectionum

Obi. 1o. potentia sensitiva sunt mat., q. habent in homine dis-
tinguuntur ab anima, quae est spiritualis

R. omnes potentia sensitiva sunt mat., neg., aliquae esse et
neg. conseq., si sermo sit de omnibus potentiis

Dices sensationes sunt operationes mat., ergo illarum potentiae sunt
mat.

R. dist. conseq. potentiae illarum partiales ex quibus educuntur sen-
sationes sunt materiales, conc.; potentiae actiuae electiuae sensati-
onum sunt omnes mat., neg. conseq.

Dices 2o. communiter potentiae sensitiva dicuntur esse mat.

R. communiter dicuntur sensus esse mat., quia sensus vel
intelligimus organa ex quibus tanquam ex subiecto educuntur
sensationes, quae organa sunt materia, et dicimus vel
sensus intelligimus aggregata ex potentiis actiuis simul et pas-
siuis ipsarum sensationum, cum potentiae passiuae sint omnes
mat., dicuntur sensus esse mat., sicut homo absolute dr
mat., quia corpus sen materiam, cum tamen eius anima spiritua-
lis sit. Vel [illegible] potentiae passiuae sensationum omnes sunt mat.,
potentiae actiuae aliquae mat., aliquae spirituales, prout anima
cum quibus identificantur mat. sunt, vel spiritualis

Obi. 2o. potentia visiua et auditiua realiter distinguuntur inter
se, ergo etiam distinguuntur ab anima.

R. dist. ant. in homine realiter distinguuntur potentiae actiuae,
visiua, et auditiua, neg.; in brutis habent se, [illegible]
neg

nec consequenter animae rationales sunt indivisibiles, sensitivae brutorum divisibiles, quare in homine illa eadem anima indivisibilis quae est in oculo et videt, eadem est in aure, et audit, unde potentia auditiva et visiva non distinguuntur realiter in homine, in brutis vero anima est divisibilis in partes, nec eadem entitas quae est in oculo, est in aure, unde nec erit eadem potentia: sed tamen nec potentia auditiva distinguitur ab ea parte animae quae est in aure, et audit, nec visiva ab ea parte animae quae est in oculo, et videt, quare nec in brutis potentiae distinguuntur ab anima.

Obiicies 2°. Principium indifferens ad varias operationes indiget aliquo superaddito, ut hanc potius exerceat quam illam; sed anima sensitiva de se est indifferens ad sentiendum, vel appetendum, vel movendum localiter, ergo indiget aliquo superaddito, quo determinetur ad sentiendum vel ad appetendum; sed hoc superadditum nihil aliud potest esse, quam potentia cognoscitiva, appetitiva &c ergo hae potentiae realiter distinguuntur ab anima.

Respondeo superadditum ad cognoscendum est species impressa obiecti quae infra, superadditum ad appetendum est ipsa cognitio boni obiectivi, ad movendum est appetitus. Praeter haec gratis fingitur quodcumque aliud superadditum.

Articulus 2us

Utrum potentiae sensitivae passivae distinguantur realiter ab anima

Potentiae passivae sunt illa ex quibus educuntur operationes vitales et in quibus recipiuntur haec ipsae, cum ex hae operationes sint qualitates, nec existunt, debent educi ex aliquo subiecto

tum

Rndo est potest species sensitivas, non distingui realiter adaequate ab anima, sed tamen inadaequate.

Et quia operationes animae sensitivae eliciuntur et recipiuntur simul in anima, et brutis, [illegible] causam [illegible] inadaequate [illegible] adaequate non [illegible] ab anima. Ans. quo ad alterationem, [illegible] in materia [illegible] ad [illegible] et quia idem debet esse principium eliciens appetitionem obi [illegible] recipiens cognitionem, seu imaginem illius, sic anima et [illegible] debet elicere appetitionem obi, debet etiam ipsa recipere imaginem seu cognitionem eiusdem. Minor pr. quia idem debet esse principium appetens, et cognoscens, ad hoc n. ut aliquid dicat [illegible] cognoscere, debet illius imaginem [illegible] unitam, ut infra probatur agentes de cognitione intellectuali.

Dices p.o ad hoc ut anima eliciat appetitionem obi, satis est si sit principium eliciens cognitionem illius, nec est necesse, ut illius imaginem in se recipiat.

Sed contra est quia [illegible] eliciendo cognitionem anima, si sit cognoscens, debet recipi ipsa cognitio in anima, et [illegible] cognoscens ea [illegible] [illegible] cognoscentibus, ut verificetur illud [illegible] cognoscendo [illegible].

Dices 2.o quae recipiuntur ut [illegible] debet elicere appetitionem eliciens obi, debeat illud cognoscere.

Rs. necessitatem esse, quia nemo fert amore in id quod sibi ignotum est, nec satis est si alius non cognoscat, ut ipse illum amet, unde idem debet esse principium eliciens amoris, et cognitionis.

Dices 3.o satis esset determinatam ipsam animam ad cognoscendum obi [illegible] obi ipsa eliciat, et efficiat imaginem talis obi, quae deinde reci:

recipiet in mat[eri]a cui unit[u]r for[m]a.

Ad 2m contra, quia for[m]a non determinat ad formandum, sed quia ponet in corpus ..., quomodo vero potest poni a corpus receptu[m] in ore. Neq[ue] vero repugnat for[m]a ... nata, aliquid conferre ad ... sicut et ... ... , et Petrus habitet in eadem domo, ubi ... ut Petrus ... ; ... ipse non ... sed ... ...

Ob. 2o. R. Operationes for[m]a spiritua[lis] sunt mat[eria]les, q[uia] recipi non possunt in for[m]a spirituali, s[e]d conseq[uenter] quia mat[eri]a non pot[est] pendere a spirituali.

R. ... ... neg. conseq. ad probationem dico: mat[eri]a non potest pendere, seu educi a toto spirituali ... a mat[eri]a simul et spiritu ... ratio disparitatis est quia mat[eri]a est ... quia est impenetrabilis, unde impossibile est ut mat[eri]a sit a toto spiritu, qui est penetrabilis; at vero ... sit ... simul ex spiritu et mat[eri]a, habebit ... impenetrabilitatem, et sic erit mat[eri]a.

Dices: spiritualis non pot[est] ullo modo pendere a mat[eri]a; ergo e contra neq[ue] mat[eri]a a sp[irit]u.

R. neg. conseq.; ratio disparitatis est quia spirituale est penetrabile, et quod pendet a mat[eri]a ex ipsa fit impenetrabile. Non ... spirituale pendere a mat[eri]a.

Dices 2o. qualitas illa quae educeretur ex sp[irit]u neq[ue] esset mat[eria]lis neq[ue] spiritualis; non ... quia penderet a sp[irit]u, non ... quia penderet a mat[eri]a.

R. qualitas illa foret mat[eria]lis, exigeret e[nim] connexionem cum impenetrabilitate, unde esset impenetrabilis et mat[eria]lis ...

Dices: actio educativa talis operationis non esset mat[eria]lis, quo: modo enim ageret in sp[irit]u, non spiritualis, quomodo a

a-

aperet in materiam.

R. actionem fore materialem, cum sit modus rei materialis, nihil autem est absurdi quod actionem materialem aliquid donetur a spiritu simul, et natura.

Restaret explicandum quo sint sensorii illa [illegible], in quibus partibus externi recipiant operationes sensitivas.

Dico 2o visionem fieri in pupilla, seu in humore crystallino.

Pr. quia tota pupilla est ab lucido. Pupilla est organum praecipuum visionis. Si tamen in impossibilitate iudices sensum quia exponit visionem in retina, vel aranea, vel in nervis opticis, placuit tamen Aristoteli, qui lucem ponit in pupilla, quae etiam est centrum oculi, et quae tota est visio.

Dico 3o auditum fieri in aere, seu humore incluso auris.

Pr. quia non apparet in qua alia parte melius fieri possit. neg. [illegible] fieri in ossiculis incude, et malleo, vel in membrana tympani, cum ossa nullius sint sensus, sic etiam membrana, ac proinde inepta ad huiusmodi sensationem audiendi.

Dico 4o odoratum fieri in tuberculis, seu carunculis mamillaribus.

Pr. experientia, quia odores sentimus in summitate nasi ubi sunt carunculae, ergo ibi fit odoratus.

Dico 5o gustum fieri lingua, et ea praecipue in extremitatibus.

Pr. experientia quia sapidum supponimus linguae gustabili et quidem ubi citius sensio fiat in extremitate linguae, et quia quando volumus cito et exacte saporem aliquem dignoscere, ponimus illum in acumine linguae.

Dico 6o tactum fieri in carne, in nervis, omnibusque partibus.

Pr. experientia, et quidem in dentibus qui negant fieri tactum, me-

meret experiri debere deinde, sit igitur tacens etiam in quaestione omnibus.

Quaeres de cognitionibus sensitivis internis in qua parte natae [illegible].

Dico 7. cognitiones sensitivas internas fieri in cerebro.

Probatur quia discretio sensibilium externorum fit in cerebro, ergo etiam alia cognitio sensitiva interna fiet in cerebro. Consequentia probatur a paritate rationis, et quia probabile est non esse diversas potentias realiter distinctas cognitionum sensitivarum internarum. Antecedens probatur nam ex anatomia constat omnibus sensibus externis nervos adesse, quos vocant sensorios, qui vehunt species rerum cognitarum a sensibus externis ad internos, sed illi nervi tendunt ad cerebrum, et non ad cor, imo ex cerebro oriuntur omnes, ergo sensus communis, eiusque operationes sunt in cerebro, non autem in corde ut dicunt [illegible].

Probatur 2. ratione communi, quia experimur studiis et cogitationibus fatigari caput non cor, ergo in capite fiunt cognitiones sensitivae internae.

Quaeres, an in toto cerebro, an potius in aliqua parte determinata fiant cognitiones sensitivae internae.

Respondeo communiter dici discretionem sensibilium externorum eorumque perceptionem positivam fieri in anteriori parte cerebri in ventriculo [illegible] seu mole [illegible] qua ponitur sensus communis. Alias vero cognitiones (pertinentes) [illegible] posteriori parte cerebri, seu cerebello, et cognitio sensibilium absentium ac praeteritorum, ibi enim ponitur fantasia, seu imaginatio, et memoria sensitiva in qua conservantur species quibus utitur fantasia ad illos actus.

Dico 8. appetitiones fieri in eadem parte cerebri, in qua dicimus fieri cognitiones internas sensitivas.

Pro

Ad 2um contra ipsa non principia. Sed debet esse principium cognoscens, et afficiens, quod in eodem sunt, sicut anima, quae tota debet recipi cognitiones sensitivas, et appetitivas ex illis ortas.

Dices 9: potest tamen [illegible] negare principium sensationis [illegible] et tendentiae.

Resp. experientia, quia sunt haec instrumenta praecipua exercendi motus in animali, et illis laesis adest [illegible] motum vel processus impeditur. Sed difficultas est quomodo [illegible] in cerebro fiat impressio manifestanda [illegible]. [illegible] dicunt [illegible] ex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] cerebri, quia [illegible] [illegible] motum [illegible] [illegible] [illegible].

Quaestio 7a

De concursu obiecti in operationes sensitivas.

Art. 1. De speciebus impressis sensitivis.

Dubitatur 1º. an obiectum concurrat efficienter ad appetitionem, et motum localem.

Resp. negative, quia ad haec tantum dat sufficientiam [illegible] in [illegible] appetitiva, quod naturaliter potest convenienter obiecto, [illegible] ad actus appetitionis [illegible] ut [illegible] terminus.

Dubitatur 2º. an obiectum concurrat efficienter ad cognitiones sensitivas.

Resp. [illegible] [illegible] obiecta concurrere efficienter ad cognitiones sensitivas vel immediate et per se, vel mediate [illegible] [illegible]. Dixi, immediate, vel mediate, quia obiectum concurrat

-rat debet uniri potentiae, cum vero repugnet aliquando obiectum uniri potentiae, vel quia est absens, vel quia non est, vel quia est improportionatum, hinc debet coniungi potentiae mediante aliquo alio, nempe mediante specie impressa.
Confirmatur quia cognitio spiritualis est expressa imago, et repraesentatio obiecti ut patet, sed potentia sola non est potens producere talem imaginem, ergo debet etiam obiectum concurrere. Probatur quia anima nec formaliter, nec eminenter, continet in se repraesentat similitudinem obiecti, ergo illius imaginem non potest ipsa sola efficere et per consequens requiritur efficiens concursus obiecti.
Confirmatur quia anima ex se est indifferens ad hoc vel illud cognoscendum, ergo debet determinari ad hoc potius quam ad illud cognoscendum ab isto vel illo, ergo requiritur concursus obiecti.
Dubitabis 3o quando obiectum mediate, quid illud sit quo mediante concurrit.
Respondeo esse qualitatem realem, quam speciem impressam, seu virtualem obiecti imaginem vocant. Ita communis sententia, quia species est qualitas potens producere formalem obiecti repraesentationem. Dicitur autem impressa, quia imprimitur ab ipso obiecto. Quod autem illa sit qualitas realis, patet quia cum sit actualis debet esse realis, et cum repugnet esse substantia erit accidens. Iterum quia species sensuum externorum producuntur ab ipsis obiectis quae sunt accidentia, haec autem ut praedicamentalia non possunt producere substantiam, ergo producendo species producunt qualitates. Similiter quia species sensuum internorum sunt etiam qualitates per primam rationem, et praeterea quia si essent substantiae haberent suam quantitatem, et occuparent locum, quomodo ergo in memoria hospitio angusto satis loco possent tot rerum species conservari.
Dubitabis 4o An in sensibus externis requirantur species ad cognoscendum

actus

Rº in visu dari species, in odoratu, gustu, et tactu non dari, in
auditu modo dari, modo non dari.

1ª Haec conclusio habet tres partes, et singulae probandae sunt.
pars probatur quia obiectum visus non potest ipsum per se uniri immedi-
ate potentiae ad faciendam visionem, ergo necessario debet con-
iungi per speciem. Antecedens probatur tum quia id quod videtur saepe procul
est a nobis, tum quia [illegible] supra oculum non videtur.
ergo obiectum visus non potest immediate uniri potentiae, et per consequens debet
uniri per speciem.

2ª pars probatur quia ad operationes odoratus, gustus, et tactus potest im-
mediate concurrere obiectum, ergo non sunt ponendae species, quia sunt
necessariae solum quando abest obiectum [illegible]. Probatur de gustu, et tactu
patet experientia, nam non percipimus saporem vel [illegible] aut
mollitiem nisi tactu, et gustu [illegible] obiecti. De odoratu probatur
quia nisi ad nares perveniat ipse odor, [illegible] non potest [illegible]
iis qui loquuntur applicamus [illegible] ad nares et species in cerebro [illegible]
[illegible], quia [illegible] species [illegible] solum possunt ef-
ficere [illegible], non autem species [illegible].

Vices quomodo potest odor tam longe positus immediate uniri potentiae.
Rº ab odore odorem produci [illegible], sed proximum, quia
ideo flores et alia odorifera positi [illegible] ut sic illos odorem
producat.

3ª pars probatur quia sonus potest aliquando uniri audientiae, aliquando non
potest, ergo aliquando ad audiendum requiruntur species, aliquando non.
Antecedens probatur quoad 1am partem, quia ex allisione aeris in foramini-
bus aurium inclusi excitatur sonus qui bene auditur, [illegible] in tali
casu ipse sonus sufficienter [illegible] ad audiendum.
Contra tamen positus sit valde procul ab aure, ergo in tali casu
cum requirat ipse sonus immediate coniungi potentiae, debet coniun-
gi mediante specie.

Ob.

Obj. si odor immediatè concurrit ad odoratum non posset discerni distantia rei principua, a qua emanat odor; sed hoc est falsum ergo. pr. min., quia canes venatici coturnicum non solum intrantes per agros percipiunt odores coturnicum, sed etiam distantiam illorum, unde ut sunt a venatoribus edocti ad certam quandam distantiam à coturnices consistunt, donec venator inibeat actum. seq. pr. quia si odor immediatè concurrit, sentiret ille odor qui est in ipsis naribus non ille qui est in coturnice unde eius distantia non posset dignosci.

R. omnis agens natu. agit per modum sphaeram uniformiter difformiter semper minus intensius coturnici; itaque canes semper sentit plus odoris versus coturnicem, unde quando canis in certa quadam intensione sentit odorem, consistit ut est edoctus, quod non est directè cognoscere distantiam coturnicis, sed odorem illius taliter intensum.

Confir. hoc, quia si herba sit tali odore infecta canis saepissime id accidit ad coturnicem, ut mos herbarum illam fuget, signum ergo est quod non movetur canis per spes odoris repraesentantis distantiam coturnicis, sed per odorem magis, vel minus intensum.

Obicies 3°. Vel sonus producit alium sonum, ergo sonus immediatè concurrit ad auditum. Prob. Ant. Primo. post quam in mauro pulsari campana, etiam quidem sonus auditur, qui non potest esse productus nisi à sono praecedenti. Similiter Echo namque sonus ille post natura[illegible] sonus auditur, et non producitur nisi a primo sono. 2°. facto sono sic movetur aer circumstans, ut alium pellat, et alter alium sicut lapillus proiectus in aquam facit illas circulationes, sed aer alii impressus sonat ergo sonus producit sonum alium?

Resp. nego ant. ad 2. tonus, hoc est, illa qualitas auditibilis
non est productiua alterius realis soni. Ad prob. dico
sonum qui auditur post pulsum campanae non esse effectum
à sono praecedente, sed à noua commotione aeris, qui
violenter intra motus adhuc à concauo campanae non
quiescit. Ad primam conf. Resp. Echo fieri per species
soni, quae necessarijs sunt in nostras aures, quae incidunt
in locum aliquem aptum ad reflexionem, inde redeunt ad
aures, et sonum repetunt, idemque immutant potentiam
et pluri ratione, quia species visiuae in speculo reflexae
obiectum ostendunt. Atque est quod Echo videamur sen-
tire sonum ibi, ubi fit reflexio, sicut obiectum videamur
videre in speculo, unde reflectuntur species visibiles.
Dices cur Echo tantum refert ultima verba.
Resp. aliquando tamen refert integra carmina, et sententias
tamen syllabas. 2o dico euenire, quia aures dum
adhuc loquimur, vel aliquantum postea non loquimur auditus
à speciebus illius soni satis occupatur. Unde species
primorum verborum redeuntes ex reflexione ad aures
vel auditum non mouent, quia inueniunt illum occu-
patum à speciebus soni viciniorib. vel cum illis con-
funduntur. Econtra vero quia species ultimorum verborum
redeunt ad aures postquam iam cessauimus loqui, inuenien-
tes auditum vacuum, possunt illum immutare, et sic
extrema audiuntur non priora.

Dubitabis 5° an ad sensationes internas concurrant species.

Resp. affirmative, nam obiectum ad hoc ut sit obiectum non potest immediate uniri sensui interno, ergo debet uniri per species.

Obiicies si in sensibus internis darentur species obiectorum, sequeretur quod sensus communis, neque fantasia cognosceret semper omnia, quorum habet species. Probatur sequela: quia posita causa adaequata necessaria semper ponitur effectus; sed positis in fantasia speciebus habetur causa adaequata productiva cognitionem omnium obiectorum, quae per species repraesentantur. Ergo positis speciebus semper cognosceret omnia, quod omnino est falsum.

Resp. nego sequelam. Ad probationem dist. maiorem: posita causa necessaria adaequata, et positis necessariis conditionibus ponitur effectus concedo, sin minus nego. Porro ergo cur fantasia non semper cognoscat ea obiecta, quorum habet species, est quia non semper adsunt omnes conditiones requisitae, sicut est ignis licet sit causa necessaria tamen si non sit applicatus non agit.

Sed quaeres quaenam sint istae conditiones requisitae.

Resp. non est facile omnes aperire, neque explicare. Possunt tamen ponere excitationes ad recognoscendum aliquod obiectum, cuius species habemus. Primo experimur, quod cognitio alicuius obiecti similis excitat.

excitat species aliarum. 2° inventio obiecti excitat memoriam eiusdem quod alias cognitum sit. 3° abundantia alicuius humoris excitat quasdam species; sic qui abundant cholera facile habent usum speciarum, qui iras et plura inferunt. Praeter haec sunt causae extrinsecae, quae species excitant Deus, Angeli, Daemones. Itaque licet habeamus species in phantasia, non tamen semper cognoscimus ea obiecta quorum habemus species quia non semper conditiones, seu causae excitantes huiusmodi species.

Dubitatio 8.

Dubitabis 8° per quod medium producantur species.

R. 1° species externas visibiles tantum produci per medium diaphanum, et transparens v.g. aerem, aquam, vitrum. Probatur quia interposito corpore diaphano inter oculum et obiectum videtur, interposito vero corpore opaco non videtur ergo species visibiles transeunt tantum per corpus medium diaphanum.

R. 2° species internas produci per nervos sensorios. Probatur quia non potest assignari aliud medium per quod a sensu externo producantur species ad internos quam per nervos sensorios, qui a sensu communi ad externos deferuntur.

Dubitabis 9° an species impressae sint qualitates permanentes et quae possint conservari etiam absente causa, a qua producuntur, an vero sint de genere eorum quae pendeant etiam in conservatione a causa per quam fiunt.

R. 1° species internas esse permanentes, et conservari posse absente sua causa. Probatur experientia quia animal recordatur praeteritorum, et cognoscit absentia.

R. 2° species externas non esse permanentes, nec conservari posse sine praesentia causae. Probatur, remoto obiecto cessat visio illius ergo species illius obiecti conservantur remoto obiecto seu causa producente.

Dubitabis 10° an species sint sensibiles.

R. negative. Probatur quia nemo videt in aere species rerum ad oculos venientes.

Dices non videri in aere, quia medium est nimis tenue, sed contra, quia lux videtur in aere, ergo etiam viderentur species si essent sensibiles.

Dubitabis ult. an species sensitivae sint divisibiles, primo in partes integrantes, 2° in partes subiectivas, hoc est consequentes partes subiecti, v.g. pupillae in qua recipiuntur. Et in

in partes obiectivas, hoc est correspondentes partibus obi.
Rᵒ. Omnibus his modis species esse divisibiles. 1ᵃ pars probatur quia
hoc est certum, nec in maiori distantia minus videatur obiectum quam
in minori, quia scilicet cum species producantur uniformiter difformiter, intensior est in partibus medii proximis obiecto, quam
in remota.
Confirmatur quia ut supra diximus species internae producuntur
ab impressionibus externis, quare si species obiectum videat
semper aliquid producitur in sensu interno repraesentativum
2ᵃ totius obi, ad hoc inde species internae intenderet.
pars probatur, quia istae species sunt qualitates, et recipiuntur in subiecto
extenso, ergo sicut aliae qualitates materiales habent partes, sic etiam
species.
3ᵃ probatur quia hac ratione solvitur vana quaedam, et inutilis pro-
ductio et corruptio specierum. Nam si una species indivisibiliter repraesentat totum Petrum, si statim brachium abscindatur, species quae erat repraesentativa Petri integri deberet
corrumpi, et alia de novo produci quae repraesentaret Petrum truncum; at si ponantur species habere partes obiectivas
abscisso brachio peribit tantum illa pars speciei quae brachium
repraesentat, et aliae partes manebunt.

Quaestio 6ᵃ

De concursu spirituum ad sensationes, ubi de somno et vigilia

Dico 1ᵒ. spiritus animales concurrere ad operationes sensitivas
disponendo materiam ita potentiam.
Probatur quia concurrunt calefaciendo, cum ipsi sint calidi et fo-

fouendo statum cui incidens. Sed hic conceptus est
in genere dispositionis natus, qua spiritus animales conveniunt
disponendo habitus. Hinc colligitur quid sit somnus, et
eius causa.

Dico 2º somnum esse impotentiam ad operandum in sensibus
externis causatam a vapore obstruente meatus, per
quos spiritus animales ad externos sensus feruntur. Dico primo
somnus (impotentia ad operandum sensu privatio operationum)
quod ponitur loco generis, et per hoc opponitur somnus vigi-
liae, vigilia enim est operatio, vel dispositio ad operationem
in sensibus externis. Dico 2º (causata a vapore obstruente
meatus) quod ponitur loco differentiae, non enim qualibet impotentia est
somnus, nam ex languore et defatigatione aliquis non audit,
et tamen illa impotentia non est somnus, vel non est a somno.
Est ergo somnus impotentia causata ex vapore intercludente
meatus per quos ducebantur spiritus ad sensus externos, cum
enim spiritus animales sint necessarii ad sensationem, si illi
intercluduntur, redduntur sensus impotentes ad operandum.

Quaeres 1º unde veniant in cerebrum illi vapores, ex quibus
obstruuntur meatus.

R. praecipue ex ventriculo, dum enim in illo cibus, et
potus excoquitur, multi tenues elevantur vapores, sicut
accidit in olla: hinc est quod post cibum facilis est som-
nus, et e contra ex defectu cibi sequitur vigilia. Ali-
quando etiam vapores nascuntur e cerebro humidiori, ut
in infantibus.

Quaeres 2º quomodo evigilent qui dormire coeperunt.

R. quia consumptis vaporibus apertisque meatibus revertuntur
spiritus animales ad sensus. Dico vigilantes experiri vide-
batur ab humore aliquo mordaci, qui vapores illos dis-
pe-

gregat vel accidit in febricitantib. 3° ad aliquo ap-
petitu ira, et similibus. 4° aliquo nos communicante.

Quaeres 3° an qui ambulant, vel aliquid aliud faciunt dormiendo
vere dormiant.

R. si per somnum intelligimus impotentiam in operando in omnib.
externis sensib. exterioribus, vere isti dormiunt, cum audiant,
loquantur, per vias vertes indagent; si vero per somnum intelligimus
impotentiam operandi in aliquib. sensib., vere isti dormiant,
cum non audiant, non videant. Unde autem dicatur ut
unus ligetur sensus, et non omnes, facile est intelligere, cum
sciamus per quos nervos spiritus diversi sint ad diversos sen-
sus, unde unus potest obstrui sine alio.

Quaeres 4° an in somno ligentur etiam sensus interni communis,
fantasia etc.

R. Aliquando ligari, aliquando non, nam qui somniant dor-
miendo, non patiuntur ligatam fantasiam, ubi autem est som-
nium profundum probabile est omnes sensus internos esse ligatos.

Quaeres 5° quid sit somnium.

R. ab Arist. sic definitur. Est phantasma seu visum
quod occurrit in somno. Appellat phantasma non quid-
dam speciem expressam sed affectionem, seu operationem fan-
tasiae, quae est velut genus somnii. Dixit quod occurrit
in somno, ad distinguendas alias operationes fantasiae quas
habemus vigilantes.

Quaeres unde causetur somnium.

R. triplex. 1um extrinsecum principium, a Deo, Angelo, Dae-
mone. 2um oritur ex intrinseco temperamento humorum
et corporis et hoc modo cognoscuntur complexiones varie
variis. 3um denique oritur ex aliqua affectione animi
aut corporis posita in vigilia. Et haec satis de Tra-
ctatione

Dis:

Disputatio 4ª
De Anima Rationali
Quaestio 1ª
Expediuntur multa de Anima Rati

Anima rationalis est actus corporis organici, potentia vitam habentis rationalem. Solus homo vivit anima rati, nam solus homo intelligit et discurrit. Angeli vero non vivunt anima rati, nam Angeli sunt substantiae simplices completae, ergo non sunt anima rationalis, quae est forma, et substantia incompleta. De hac anima rati multa compendiose dicemus et multos errores breviter confutabimus.

Dicendum 1º. certum esse de fide quod in uno homine unica tantum est anima ratis, ita definitum est in 8ª Synodo generali actione 10ª Can. 11º his verbis. Apparet quosdam in tantum impietatis devenisse ut duas in homine animas impudenter dogmatizent, quos omnes, et similia sentientes cum vetus, et novum testamentum, et omnes Ecclesiae Patres unam Animam habere asseverent, sancta Synodus anathematizat.

Dicendum 2º. Animas rati multiplicari per multiplicationem corporum humanorum. Ita est de fide, ut constat ex Conc. Lat. sub Leone 10º. sess. 8ª ubi damnantur contrarium sentientes.

Pro 2º, quia cum istis erroribus stare non poterit fides do:cu:

carenta de praemio et poena Angelorum, de merito ac
demerito, si eadem anima esset hominum et Angelorum, non posset be-
dei damnari salvo Petro, similiter si anima migraret de
corpore in corpus, ut somniavit Pictagoras, si anima Judae
immissa fuisset in alio corpus, deberet etiam aequo? quale
agere in ipso natum si bene in hoc operet, eam tunc egent
in illo, deberet cum hoc salvari, vel cum illo damnari, quod
est impossibile.

Sciendum 3° animam talem a Deo creari et non educi ex poten-
tia materiae: ita definivit S. Leo ep. 11ª et 95ª, ubi dicit
animas a solo Deo incorporari, et S. Augustinus lib. de
haeres. cap. 86° refert inter haereses sententiam Tertulliani
qui dicebat animas fieri ex traduce, i. quod una anima
